

RITUALE

SIVE

AGENDA,

Ad usum Archi-Diœceseos Moguntinæ
edita

JUSSU ET AUCTORITATE

*Eminentissimi & Celsissimi Principis,
ac Domini,*

D. LOTHARII
FRANCISCI,


S. SEDIS MOGUNTINÆ
ARCHI-EPISCOPI, SACRI RO-
MANI IMPERII PER GERMANIAM AR-
CHI-CANCELLARII, ET PRINCIPIS
ELECTORIS, EPISCOPI
BAMBERGENSIS.

Der Pfarrkirche zu - ✠ - Höchst gehoerig. -

MOGUNTINÆ,

Typis JOANNIS MAYERI, Typographi Aulico-Academici.

ANNO M. DC. XCVI.



M. DC. XVII

M. G. U. N. T. I. E.

Typ. JOHANNIS MAYERI & Typographi Aulici & Electorali



LOTHARIUS FRANCISCUS

DEI GRATIA,

S. SEDIS MOGUNTINÆ ARCHIEPI-
SCOPUS, S. ROMANI IMP. PER GER-
MANIAM ARCHI-CANCELLARIUS,

PRINCEPS ELECTOR,
EPISCOPUS BAMBERGENSIS,

Honorabilibus, Devotis, nobis dilectis Vicariis,
Commissariis nostris in spiritualibus, Decanis, Ecclesiarum Re-
ctoribus, Pastoribus, Sacellanis, Curatis

Salutem in Domino Sempiternam.

EX quo officium Archiepiscopale, nul-
lo licet meritorum suffragio, divinâ
providentiâ, nobis commissum, &
S. Sedis Moguntinæ gubernacula
suscepimus, nostram imprimis sollicitudinem

†

eô

P R Æ F A T I O.

eò convertimus, ut gregem vigilantia nostræ concreditum in orthodoxæ fidei Instructione conservaremus, animarúmque curatores per Archi-Diœcesin nostram ad officium munúsque pastorale indefessè præstandum excitaremus.

In hoc verò illam Ministerii partem summè necessariam, nobilissimam, maximèque propriam non immeritò judicavimus, quæ sacratissimorum Mysteriorum administrationem, ac rituum Ecclesiasticorum æqualem usum in se continet, unde rudis populi informatio, Sacramentorum perceptio, incitamentum ad pietatem, fidelium denique salus promanat.

Nos itaque certiores redditi quod Agenda seu Ritualia Moguntina olim à Prædecessoribus nostris pientiss. memor. W olffgango Anno 1598. & Joanne Philippo Anno 1671. aucta, emendata, ac typis edita, pene omnia temporis usu detrita, nulláque amplius suppetant,
nec

P R Æ F A T I O.

nec non Prædecessoris Nostri Anselmi Francisci jussu Anno 1688. prælo quidem subjecta, sed ob bellica tempora perfecta non sint, ea postliminio reassumi, perfici, & in lucem produci mandavimus.


Quapropter omnibus ac singulis Nostræ Archi-Diœcesis Moguntinæ pastoribus, aliisque animarum Curam gerentibus, præcipimus ut novis hisce Agendis seu Ritualibus Archi-Episcoporum prædecessorum ac Nostrâ Auctoritate approbatis in Sacramentorum usurpatione, aliisque Ecclesiæ Ritibus obeundis utantur, ut hâc ratione non tantum SS. Sacramenta, utpotè nostræ Salutis instrumenta, eâ, quâ par est, tractentur reverentiâ, sed & in iisdem obeundis administrandisve debita per Archi-Diœcesin nostram servetur concordia. Datum in Arce nostra S. Martini urbis Moguntinæ 16. Augusti, anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Nonagesimo quinto.

INDEX,


I N D E X,

Et Ordo rerum quæ in hoc Rituali libro continentur.

I Nstructio de Pastorum virtute, doctrina, familia & conversatio- ne.	pag. 1.
Professio fidei, ex præscripto concilii Tridentini, Latine.	10.
Eadem professio Idiomate Germanico.	15.
De iis quæ in Sacramentorum administratione Generaliter servan- da.	22.
De Sacramento Baptismi administrando.	25.
Ordo Baptizandi parvulos utriusque sexûs.	33.
De Baptismo adultorum.	59.
Ordo supplendi omiſſa super Baptizatum.	91.
Ritus servandus cum Episcopus Baptizat.	94.
Benedictio fontis Baptismi extra Sabbatum Paschæ, & Penteco- stes.	96.
De Sacramento Confirmationis.	100.
Officium Parochi circa hoc Sacramentum, ante & in ipſo actu ad- ministrationis.	101.
Modus quo Fascia deponitur, & frons confirmati abluitur.	103.
De Sacramento poenitentia.	105.
Ordo ministrandi Sacramentum poenitentia, & casus Reservati.	106. & 109.
De absolute ab excommunicatione in foro exteriori.	111.
Ritus absolvendi excommunicatum jam mortuum.	114.
De modo absolvendi a suspensione vel interdicto extra, vel intra Confessionem.	115.
De sanctissimo Eucharistia Sacramento.	117.
Ordo ministrandi sacram Communionem.	119.
De	De



De Communione Paschali, & Communione Infirmorum.	122.
	& 123.
De expositione venerabilis Sacramenti in Monstrantia vel Ciborio.	134.
De Sacramento Extremæ Unctionis.	135.
Ordo ministrandi Sacramentum extremæ Unctionis.	139.
Septem Psalmi poenitentiales cum Lytaniis.	155.
De visitatione & cura infirmorum.	178.
Wirkliche Vbungen der Reu und Leyd vor und nach der Beicht.	187.
Vor Empfahung des Heil. Hochwürdiggen Sacraments.	194.
Nach Empfahung des Heil. Hochwürdiggen Sacraments.	204.
Vbung der Tugenden durch sechs schöne Bezeugnissen.	207.
Vbung des Glaubens.	212.
Vbung der Hoffnung.	214.
Vbung der Lieb.	216.
Vbung der Danckbarkeit / Gedult / Laßgmüchigkeit.	219.
Vbung des Vertrauens auff die Verdiensten des Leidens Christi.	223.
Vbung des Auffgeben seines Willens in den Göttlichen.	231.
Fragen und Seuffzer dem Sterbenden zu zusprechen.	238. & 239.
Gebett so man die Kerzen dem Sterbenden gibt.	242.
Segen über den Sterbenden mit dem Heil. Weyhwasser.	243.
Ordo Commendationis animæ.	244.
De exequiis.	259.
Quibus non licet dare Ecclesiasticam sepulturam.	261.
Exequiarum ordo.	262.
Ordo sepeliendi parvulos.	269.
De Sacramento Matrimonii.	272.
Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.	275.
Benedictio Mulieris post partum.	290.
De Benedictionibus Regulæ Generales.	293.
De aqua lustrali, & ordine eam benedicendi.	294.
Benedictio Candelarum extra diem & in die purificationis Beatae Mariæ Virginis.	300. & 301.
Benedictio Cinerum.	316.
Benedictio Ramorum in die Palmaram.	321.
	Bene-



Benedictio novi Ignis.	346.
Benedictio Cerei Paschalis.	353.
Benedictio fontis Baptifimalis.	367.
Benedictio Agni Paschalis.	382.
Benedictiones variorum Commeftibilium.	384. & feq.
Benedictio in die Affumptionis Beatae Mariae Virginis fuper her- bas.	386.
Benedictio peregrinantium.	391.
Formulae pro libris Baptizatorum, Copulatorum & Mortuorum.	395. & feq.





INSTRUCTIO

DE

Pastorum virtute, doctrinâ, familiâ & conversatione.



Ræstantissimam in Ecclesiasticâ

Hierarchiâ Statûs Sacerdotalis dignitatem ac summam necessitatem demonstrat duplex Sacerdotum potestas, ad conficiendum nempe in Missâ Corpus Christi verum, & absolvenda à peccatis membra Christi mystica, quæ constituunt Ecclesiam; minus item voluntatem Dei fideli populo annuntiandi, eumque verbi Divini prædicatione in fide, sine quâ impossibile est salutem consequi, & moribus Christianis instruendi. *Legatione quippe* Ephes. 5. 23.

DE funguntur Sacerdotes, *Deo exhortante* per ipsos, ac peccatores sibi reconciliante; quo nomine S. Chrystostomus haud immeritò Sacerdotes magis reverendos quàm Reges, majorique honore quàm proprios parentes prosequendos esse tradit in iis, quos de Sacerdotio inscripsit, libris; cum hi ad vitam solùm corporalem & præsentem nos genuerint, illi verò vitæ spiritualis ac cœlestis nobis sint authores. 2. Corint. 5. 20. Lib. 3 de Sacerd.

Summa porrò Sacerdotum dignitas, maximaque beneficia, quibus eos Divina & gratuita bonitas præ cæteris mortalibus cumulavit, id ab eis requirunt, ut factis quoque suis ac operibus eisdem respondeant; *Cum enim augetur dona, rationes etiam crescunt donorum*, inquit Magnus Gregorius; &, Salvatore ipso asserente, *cui multum datum est, multum quæretur ab eo*: Unde Greg. hom. 9. in E. vang. Luc. 12. 48.

insigni virtute, ac in Deum religione & functionibus suis competente doctrinâ seu litteraturâ fulgere Sacerdotem oportet; familiam item habere vocationi suæ sanctoque proposito consentaneam, benèque conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia, seu populus fidelis ejus curæ concreditus.

Eximiam erga Deum pietatem seu devotionem, cæterarumque internarum virtutum ornatum requirit non modò Sacerdotium, sed vel Clericatus solùm, juxta etymologiam nominis sui; quam proponens beatus Hieronymus; *Clericus*, inquit, *qui Christi servit Ecclesie, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolatâ, nitatur esse quod dicitur. Si enim* κληρικός *Gracè, fors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus fors, id est, pars Clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino;* id quod veræ in Deum religionis, aliarumque virtutum actibus obtinebit; à religando enim, Divo Augustino teste, dicta est religio, eò quòd nos omnipotenti Deo religet ac devinciat, sicque nos ab ipso, ac vicissim ipsum à nobis possideri faciat. Quod si cuivis Clerico, quantò magis Sacerdoti, eique curam animarum exercenti, probitatis Deiq; cultûs studium incumbit?

Supponit autem hic virtutum ornatus insignem in Sacerdote animi puritatem, & omnimodam à peccatis sâtem gravioribus immunitatem, de quâ S. Chrysostomus Sacrificiû Eucharistici dignitatem expendens; *Quo igitur, inquit, non oportet esse puriorem, tali fruente sacrificio? quo solari radio non splendidior em manum, carnem hanc dividente? os quod igne spiritali repletur linguam qua tremendo nimis sanguine rubescit?* Unde probet se Sacerdos, inquirendo in animæ suæ sordes & inquinamenta, iisque sacramentali confessione absterfis expurgatisque, nec non munditie per gratiam sanctificationis reductâ, offerat adversus impuritatem, Hostiam puram; adversus terrenam contagionem, Hostiam sanctam; ad emundandas reliquias culparum suarum, Hostiam immaculatam: & sic de pane illo edat, ac de calice bibat,

sumens

ad Nepos.

Lib. de vera relig. prope fin.

Hom. 60. ad pop. Antioch.

sumens panem sanctum vitæ æternæ, ne in peregrinatione hujus vitæ deficiat, accipiens calicem salutis perpetuæ, potans de torrente voluptatis Domini, & salutem perpetuam quodammodo prægustans.

Sed redeat jugiter ad probationem sui, nec desinat etiam justitias suas subicere examini, & si quid terrenæ, mixturæ invenerit adhærere, stabili Confessario, singulis ad minimum quindenis, exponat, quò & ille judicet instructior, & consilium medici sui poenitens sequatur humilior.

Ipsum verò Missæ Sacrificium, cum præstantissimus sit ac maximè genuinus, Sacerdotumque vocationi proprius religionis actus, sæpissimè Deo offerre, eoque pro suis ac totius populi fidelis, præsertim verò Christianitatum sibi commissarum, peccatis intercedere, & beneficia tam corporalia quàm spiritualia iisdem necessaria aut opportuna obtinere nitantur: ad quam rem movere ipsos debet dictum venerabilis Bedæ Presbyteri, dum ait: *Sacerdos qui est sine peccato mortali, & in bono proposito, si non celebrat, cum habeat copiam celebrandi, quantum in ipso est, privat S. Trinitatem gloriâ, Angelos in cælesti Hierusalem letitia, homines in terris beneficio & gratiâ, animas in purgatorio patrocinio & veniâ* Quare singuli Sacerdotes curati, nisi legitimè impediuntur, ad minus bis quâvis septimanâ, & quidem feriis IV. & VI. missam faciant, eamque diebus Dominicis pro populo suo offerant, ut antehac per Recessus Visitationum Ecclesiasticarum ordinatum est.

Porrò quia ignis Divinæ charitatis, religionis, cæterarumque virtutum facilè deficit, nisi verbi Dei pabulo assiduè nutriatur, hinc lectionem sacram, quâ illuminentur in veritate, accendanturque in charitate, familiarem sibi reddant, eamque quotidie, saltem per dimidiæ horæ spatium, quantum per necessarias occupationes licebit, instituant; quâ re implebunt, quod olim à Sacerdotibus Mosaicis in figurâ exigebatur, ut singulis diebus ad jure holocaustum fomitem igni subderent. *Numeror. 28.24.*

hæc enim, ut Ambrosius eam vocat, est liber Sacerdotalis, *Utilis*, Apostolo teste, *ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum: ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus*: non solum autem utilis, sed & jucundus ac suavis; quam dulcedinem ipsi conciliat maxima rerum ac sententiarum varietas, exemplorum multitudo, similitudinum ac parabolarum accommodatissimarum frequentia. Hanc dulcedinem sentiunt, quotquot in eâ devotè, humiliter & diligenter versantur; è quibus Augustinus suas eam delicias nuncupat, ita Deum alloquens. *Sint casta delitiæ meæ scripturæ tuæ: non fallar in eis, nec fallam ex eis*. Ut autem debitus ex lectione fructus proveniat, consideratam esse oportet, ac meditationi, brevique ad vitam & mores suos reflexioni conjunctam; nec enim simpliciter qui legem Domini percipit, sed *qui in ea die ac nocte meditatur*, beatus dicitur. *Lectio*, inquit Bernardus, *apponit ori cibum solidum; meditatio autem frangit & aperit*; unde sine hac animus famelicus & esuriens remanebit.

Doctrinam, quæ non nisi studio obtinetur, à Sacerdotibus requirit Spiritus S. apud Malachiam: *Labia*, inquit, *Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus*; ubi & rationem addit: *quia angelus Domini exercituum est*, ejus, ut Hieronymus exponit, ad populum nuntians voluntatem; qui subdit: & idcirco in Sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & veritas ponitur, ut discamus Sacerdotem doctum esse debere, & præconem dominicæ veritatis, *Potentem exhortari in doctrinâ sanâ, & eos, qui contradicunt, arguere*. Unde & Apostolus Pastores animarum vult esse Doctores, juxta illud ad Ephesios: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, aliòs verò Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi*. Quem locum sapienter expendens S. Augustinus sic habet: *Cum prædixisset Pastores, subjunxit Doctores, ut intelligerent Pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo enim non ait, quosdam autem Pastores, quosdam*

verò

Lib. 3. de
fide.
2. ad Tim.
3. 16. & 17

Lib. 2. con-
fess. c. 2.

Pf. 1.
Serm. 68.
in Cantic.

Malach.
2. 7.

Hieron. in
Malachiâ

ad Tit. 1.
v. 9.

ad Eph. 4.
v. 11. & 12

ep. 59. ad
Paulin.

verò Doctores : sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo, quosdam autem Apostolos, quosdam verò Prophetas, quosdam Evangelistas, hæc tanquam unum aliquid duobus nominibus amplexus est, quosdam autem Pastores & Doctores. Ex quibus liquidò apparet, quàm noxia & damnabilis è contra fit in Sacerdotibus inscitia seu ignorantia : quomodo enim excusari posset in eo, ait Bernardus, qui se Magistrum infantium & insipientium profitetur : ignorans utique ignorabitur, imò & multos ignorare faciet & ignorari.

*in declam.
super Ecce
nos.*

Quare invigilet Sacerdos, & omni diligentia in id incumbat, ut necessariam ad oves Christi Divini Verbi pascendas, ac Sacramentorum administratione refocillandas, lupos verò ab iisdem gladio spiritûs abigendos scientiam ac dexteritatem sibi comparet, aut semel conquistam assiduo labore conservet : quem in finem nullum diem, quantum fieri potest, abire finet, quo non unam alteramve horam Theologiæ moralis & Pastoralis studio impendat, inquiratque in modum, quo (ut Apostolus inquit) plebi suæ aliquid gratiæ spiritualis imper-
Rom. 1. 11.

Unde non satis est Pastori quæ de Sacramentis, Censuris, aliisque in scholis tradi solent, percepisse, sed aliarum insuper ad suum officium pertinentium rerum notitiam sibi comparandam esse existimet; qualis est Controversiarum Fidei, modique eas tractandi, quem optimè præscribit Methodus Augustiniana Reverendissimorum Dominorum Adriani & Petri de Walenburg; virtutum item & vitiorum, uti & mediolorum quibus illæ acquiruntur & augentur, hæc verò superantur aut evitantur, ut iis ipsemet uti, aut aliis indigentibus ea præscribere valeat : industriarum denique, quibus animas sibi commissas pro variâ earundem qualitate & necessitate juvare possit; nosse enim Pastorem oportet, quæ agendi ratio servanda sit cum duris & obstinatis, quæ verò cum mollioribus & mansuetio-

ribus; qualiter pro variâ suâ conditione tractandi poenitentes, quomodo urgendi qui poenitere nollent: quæ solatia & auxilia ægris ac morientibus adhibenda, aliâque plurima ad usum & praxin pastorem pertinentia; in quibus addiscendis ac percipiendis utiliter Pastoris industria desudabit; uti & in expendendis ac considerandis sacris Scripturis, quarum Sacerdos exemplo S. Antonii de Paduâ veluti arca quædam esse deberet, unde quisque Subditorum depromere possit sibi necessaria aut expedientia ad communem cujusque utilitatem & instructionem ibi recondita.

Huic libro Sacerdotali evolvendo & perscrutando, si operam suam impendat Sacerdos, nunquam deerit, quod utiliter discat, nunquam deficiet, unde proficiat: tanta enim est divinarum profunditas litterarum, ut Augustinus (quantus Ecclesiæ Doctor!) de se dicat; *Quotidie in eis proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere.* Unde idemet quantumvis jam annis gravis, de quæstionibus Scripturæ Hieronymum consuluit, ita ad eum scribens: *Quamquam te multò quàm ego sum, ætate majorem, tamen etiam ipse jam senex consulo. Sed ad discendum quod opus est, nulla mihi ætas sera videri potest, quia etsi senes magis decet docere quàm discere, magis tamen discere, quàm, quid doceant, ignorare.*

Familia quoque & Oeconomix suæ curam habere, ita ad Pastorem spectat, ut Apostolus arguat, eum, *qui domui suæ præesse nescit, nec Ecclesiæ Dei diligentiam habiturum.* Quæ quidem in re duo imprimis observanda veniunt, ne scilicet Pastor foudido vivendi genere, & pecuniarum ac aliorum bonorum temporalium cupiditate avaritiæ labem contrahat, aut è contra sumptibus & largitionibus nimis, lautiorique, quàm statum ejus decet, vivendi ratione prodigalitatibus & intemperantiæ culpam incurrat; maximè verò ne minùs congruo foeminarum ministerio suspitionis materiam ac ansam aliis suppeditet, & sibi periculum creet. Unde licet summoperè expediens futurum esset,

esset,

Ep. 28. ad Hieron.

1. ad Tim. 3. 5.

esset, revocari in usum antiquam Concilii Nicæni legem, quâ cavebatur, ne *Episcopus, Presbyter, Diaconus, aut ullus omnino Clericorum haberet secum mulierem extraneam, nisi fortè mater, aut soror, aut avia, aut matertera existeret*; quia tamen mulierum contubernio Pastores carere non posse, multis, licet gravi errore deceptis, persuasum est; hinc comptas saltem, supra conditionem suam ornatas, & juvenculas procacésque, à cohabitatione suâ removeant; de quibus aptè & verè S. Bernardus: *Si non vis scandalizare Ecclesiam, ejice foeminam; alioqui ex uno cetera, quæ non adeò manifesta sunt, procul dubio credibilia fiunt. Cum foeminâ, ait idem mellifluus Doctor, semper esse, & non cognoscere foeminam, nonne plus est, quàm mortuos suscitare? quod minus est, non potes, & quod majus est vis credam tibi? quotidie latus tuum ad latus juvenculæ est in mensâ, lectus ejus ad lectum tuum in camerâ, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuæ ad manus ipsius in opere, & continens vis putari? esto ut sis, sed ego suspicione non careo. Scandalo mihi es, tolle scandali causam, quò te præbeas verum Evangelii æmulatorem. Qui scandalizaverit unum de Ecclesiâ, nonne Evangelium condemnat ipsum?* Si porrò ex officio Pastoratûs ejusmodi persona adeunda sit, has cautelas observet Pastor: *Domum solus nunquam introeat; tales habeat socios, quorum contubernio non infametur, solus cum solâ secretò & absque arbitro vel teste non sedeat*, ut Nepotianum suum monet Hieronymus, colloquia verò ipsa sint quàm brevissima, *non ex odio sexûs, sed ne ex ipsarum aspectu, in memoriam ejus, cui semel nuntium remisimus, libidinis redire cogamur*, quod S. Basilius admonet.

Conc. Ni-
cæ. can. 3.

S. Bernard
serm. 64.
in Cantic.

Epist. 2. ad
Nepot.

Conversatio Pastorum ad extra, in quâ Apostolus eos vult esse *Exemplum caterorum fidelium*, id ab eis postulat, ut sint in cultu & habitu corporis mundi quidem, non tamen exquisiti, multò minus affectatè elegantes aut profani, utendo vestibus sacrû suum Ordinem haud decentibus, animique dissolutionem spirantibus: Capillaturam item servant decentem, quâ caput honestè tegatur, non obruatur. Quamvis enim universim dicat Apostolus: *vir cum comam nutrit, ignominia est illi, speciatim tamen Clericis ac Sacerdotibus prolixos capillos vetat* Jus Canonicum

1. ad Tim.
4. 12.

nonicum cap. 5. Extra. de vitâ & honest. Clericorum. Quod etiam eodem loco ita habet: *Clerici qui comam nutriunt & barbam, etiam invitati à suis Archidiaconis tondeantur.* Gestus ipsi & motus corporis, compositio vultûs, loquendi modus præferant gravitatem ac modestiam Dei servo & ministro dignam, quam meritò *Virtutum purpuram* appellat Ambrosius; sine eâ enim cæteræ virtutes veluti nitore & elegantia in oculis hominum destitutæ, ad sui cultum, amorem & imitationem non trahunt, quod tamen Pastoribus maximè cordi & curæ esse debet, juxta præceptum Christi: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Absint ergò à Sacerdotibus risus immodici, fales insultus, facetiæ inficetæ, ac nugæ, quas in eorum ore blasphemias appellat Bernardus. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominentur in ipsis, sicut decet sanctos, aut turpitudinis, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet.* Similiter quia multi abutuntur verbis S. Scripturæ, recolant ordinationem gravissimam Concilii Tridentini: *Temeritatem illam reprimere volens (Concilium) quæ ad profana quæque convertuntur & torquentur verba & sententiæ Sacræ Scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias & diabolicas incantationes, Divinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat & præcipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba Sacræ Scripturæ ad hæc & similia audeat usurpare; ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, juris & arbitrii penis per Episcopos coercantur.*

Caveant item Pastores, ne prætextu affabilitatis aut conciliandæ benevolentia Parochianis suis aut quibusvis sæcularibus se nimis familiares reddant: sicut enim stomachi vitium celeri diu non potest, sed citò ructu aut singultu proditur, ita fieri vix potest, quin frequentiori consuetudine vitia sua & nævos detegant, itaque vilescant, & necessariam auctoritatem & æstimationem deperdant. Quare se non eò usque demittent, ut

corpo-

corporis recreationes, etiam non malas, cum sæcularibus suscipiant, eorúmque convivia frequenter accedant; *Facile quippe contemnitur Clericus* (verba sunt S. Hieron. ad Nepot.) *qui sæpe vocatus ad prandium ire non recusat.* Baptifmalia verò & nuptialia convivia (nisi ad ea licentiam à Decanis suis obtinuerint) prorsus evitent. Quæ jam olim Clericis inhibuit Concil. Agath. ita statuens: *Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia.* Multò minùs tabernas publicas potationis gratiâ adeant, aut quâvis occasione vino se obruant & inebrient, de quo modò dictum Concilium: *Ante omnia, inquit, Clericis vetatur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque is quem ebrium fuisse constiterit (ut ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communionem submoveatur, aut corporali subdatur supplicio.* Sicut autem nimiam familiaritatem, ita quoque alterum affabilitatis extremum, litigium nempe & contentionem Pastores fugere debent: *Servum enim Domini* (ut Apostolus ait) *non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.* Multò magis à percussione alienos esse decet, monente eodem Apostolo; *ne cum venerit Dominus, eosque invenerit percutientes, partem ipsorum ponat cum Hypocritis,* ut minatur Christus.

Atque harum instructionum sedulâ observatione id eveniet, ut Pastores *forma fiant gregis sui ex animo,* sintque *lux mundi & sal terra,* fulgentes verbis & operibus, suâque sapientiâ populum sibi commissum condientes, dùmque & intelligendo & operando aliis prædicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportent, in cujus tandem remunerationem eam à supremo omnium Pastore audiant suavissimam vocem: *Engeserve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

**PROFESSIO FIDEI,
FACIENDA PASTORIBUS ALI-
ISQUE, EX PRÆSCRIPTO CONCILII
TRIDENTINI.**

EGO **N.** firmâ fide credo, & profiteor
omnia & singula, quæ continentur in
Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccle-
sia utitur: videlicet: Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem, factorem coeli &
terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et
in unum Dominum IESUM Christum, filium
Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante
omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lu-
mine, Deum verum, de Deo vero: genitum
non factum, consubstantialem Patri, per
quem omnia facta sunt. Qui propter nos
homines & propter nostram salutem descen-
dit de coelis. Et incarnatus est de Spiritu san-
cto ex Maria Virgine, ET HOMO FACTUS EST.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pila-
to, passus & sepultus est. Et resurrexit tertiâ
die secundùm Scripturas. Et ascendit in cœ-
lum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum
ventu-

venturus est cum gloriâ judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre, Filióque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones reliquásque ejusdem Ecclesiæ observationes & constitutiones, firmissimè admitto & amplector. Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia; cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum Patrum accipiam & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè & propriè Sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem

salutem humani generis (licet non omnia singulis) necessaria : scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium : illaque gratiam conferre : & ex his Baptismum, Confirmationem & Ordinem, sine Sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione, recipio & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato Originali, & de Justificatione in sacrosanctâ Tridentinâ Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missâ offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter & substantialiter Corpus & Sanguinem, unâ cum animâ & divinitate Domini nostri Jesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius Substantiæ vini in Sanguinem : quam conversionem Ecclesia Catholica

tholica Transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub alterâ tantùm specie, totum atque integrum Christum, verùmque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragiis juvari. Similiter & Sanctos unâ cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eósque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum reliquias esse venerandas. Firmíssimè assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem, & venerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesiâ relictam fuisse, illarùmque usum Christiano populo, maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco: Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac juro. Cætera item omnia à sa-

cris Canonibus & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosanctâ Tridentinâ Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia atque hæreses quascunque ab Ecclesiâ damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentis sponte profiteor & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè, Deo adjuvante, retinere & confiteri; atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me, in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem **N.** spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Joann. i.

¶ Folget

**Folget die obgesetzte Bekandtnuß
des Catholischen Glaubens zu
Teutsch:**

Ich **G.** glaub und bekenne mit be-
ständigem Herzen / alle und jede
Stück / so im Christlichen Glauben /
den die **H.** Römische Kirch auff diese Weiß
gebrauchet / verfasset seynd. Nemblich: Ich
glaub in einen Gott Vatter den allmächtigen
/ Schöpffer des Himmels und der Er-
den / aller sichtbarn und unsichtbarn Din-
gen. Und in einen Herrn Jesum Chri-
stum / den eingebornen Sohn Gottes / auß
dem Vatter gebohren von Ewigkeit / Gott
von Gott / Licht von Licht / ein wahrer
Gott von wahren Gott / gebohren und nicht
erschaffen / gleicher Substanz und Wesens /
mit dem Vatter / durch den alle Ding erschaf-
fen seynd / welcher umb uns Menschen /
und unsers Heyls willen / vom Himmel her-
unter gestiegen / und durch den Heiligen
Weist / auß Maria der Jungfrauen /
Fleisch

Fleisch an sich genommen hat / und ist Mensch worden. Er ist auch für uns under Pontio Pilato gecreuziget / hat gelitten / und ist begraben worden / und am dritten Tag / laut der H. Schrift / widerumb auff-erstanden von den Todten : Er ist auffgefah-ren in den Himmel / sitzet zur Rechten Gottes des Vatters / und wird widerumb kommen mit Herzlichkeit zurichten die Lebendigen und die Todten / welches Reichs kein End wird seyn. Ich glaub auch in den Heiligen Geist / den lebendigmachenden H. Ern / der vom Vatter und Sohn hergehet / welcher sambt dem Vatter und Sohn zugleich angebetet und geehret wird / der da geredt hat durch die Propheten. Ich glaub auch ein einige / hei-lige / allgemeine und Apostolische Kirchen. Ich bekenne einen Lauff / zu Vergebung der Sünden / und warte auff die Aufer-stehung der Abgestorbenen / und auff ein ewi-ges zukunfftiges Leben / Amen.

Alle Apostolische Geistliche Sakungen / sambt allen andern Ordnungen und Ge-bräuchen

bräuchen der Catholischen Kirchen/ nimme ich an/ und halt sie vestiglich.

Die H. Schrift verstehe ich/ und laß sie zu/ in und nach dem Verstandt/ welchen unsere heilige Mutter die Christliche Kirch bißher gehabt/ und noch helt: Sentyemal ihr zugehört / den wahren Verstandt und Außlegung der H. Schrift von dem falschen zu unterscheiden.

Ich will auch gemeldte H. Schrift allzeit / nach der einhelligen Außlegung der heiligen Vätter / verstehen / annehmen / und nicht anderst.

Ich glaub und bekenn/ daß warlich und eygentlich sieben Sacrament des neuen Testaments/ von Christo Jesu unserm Herrn selbst eingesezt / und dem Menschlichen Geschlecht sehr nützlich / wiewol nicht alle einem jeden Menschen zur Seligkeit nothwendig seynd/ Als nemblich der Lauff/ Firmung/ das Sacrament des Altars/ die Buß / letzte Delung/ die Priesterweyhe/ und die Ehe/ und daß durch diese Sacrament dem Menschen

Snad mitgetheilt werde. Auß welchen allen der Lauff / Firmung / und Priesterliche Wehning / ohn Gottslästerung / und grosse Sünd / nicht mögen widerholt / und zum andernmal gebraucht werden. Ich nimme auch an / und laß zu / alle gewöhnliche und bewehrte Bräuch / so in der Christlichen Catholischen Kirchen bey der öffentlichen herrlichen Darreichung / hochgemeldter dieser Sacramenten gebraucht werden.

Deßgleichen glaub ich auch / alles samptlich und sonderlich / was von der Erbsünd und Rechtfertigung deß Sünders / im heiligen allgemeinen Concilio zu Trient erklärt und beschlossen worden.

Ich bekenn auch und glaub / daß in dem hochheiligen Ampt der Meß / Gott dem Herrn ein wahres eigentliches und versöhnliches Opffer / für die Lebendige und die Tode auffgeopffert werde. Daß auch in dem allerheiligsten Sacrament deß Altars / warhafftig / leiblich / und wesentlich zugegen sey / der Leib und das Blut / mit der Seel und
Gott-

Gottheit unsers Herrn Iesu Christi/ und daß die ganze Substanz des Brods in den Leib und die Substanz des Weins in das Blut Christi verwandelt werde : welche Wandlung die Christliche Catholische Kirch Transubstantiation, das ist / ein Verwandlung einer Substanz in die andere/ nennet. Ich glaub auch und bekenn/ daß under einerley Gestalt der ganz unzertheilte Christus vollkommenlich und das wahre Sacrament seines Fronleichnambs genossen und empfangen werde. Ich glaub auch vestiglich/ daß ein Fegfeuer sey / und daß die Christglaubige Seelen daselbsten/ durch die Fürbitt der glaubigen lebendigen Menschen/ Trost und Hülff empfangen. Item / daß man auch die lieben heiligen/so mit Christo regieren/ ehren und anrufen soll/ und daß sie auch Gott für uns bitten : Darzu auch/ daß ihre Heylthumb in Ehren sollen gehalten werden.

Ich halte beständiglich darfür / daß man die Bildnüssen Christi/ der Mutter Gottes/

und anderer lieben Heiligen / haben und auffhalten / auch denselbigen gebührende Ehr und Reverenß erzeigen soll.

Ich glaube auch für gewiß / daß Christus der Herz den Gewalt des Ablass / der Kirchen gegeben hab / auch daß desselbigen Ablass Gebrauch der Christenheit gar heylsam sey. Ich bekenne auch die heilige allgemeine und Apostolische Römische Kirchen für ein Mutter und Meisterin aller anderen Kirchen. Ich versprich auch / und gelob mit einem Schwur / wahren Gehorsam dem Römischen Bischoff / als des heiligen Petri obersten Apostels Nachkömbling / und des Herrn Jesu Christi Statthaltern. Dergleichen alle andere Stück / so von den heiligen Canonen und allgemeinen Concilien / fürnemblich aber von dem heiligen Tridentischen Concilio / auffgesetzt / verordnet / und beschlossen worden / bekenn und nimb ich unzweiffentlich an. Hergegen aber alle Irthumben / Lehr / Stück / und Keckeren / so von gemeldter Catholischer Kirchen bisher

ver-

verdampft/ verworffen / und verflucht seynd/
 oder nachmals verdampft/ verworffen und
 verflucht sollen werden/ die verdamme / ver-
 werffe / und verfluche ich ebenmässig.

Diesen wahren Catholischen Glauben /
 aufferhalb welches niemand selig kan werden/
 den ich da in Gegenwertigkeit freywillig
 bekenn und wahrhaftig halte / wil ich auch
 (mit hülff Gottes) biß an mein letztes End
 ganz unwidersprechlich / unverwirrt / und
 unverleßt / halten und bekennen. Ich wil
 auch / so viel mir möglich / allen Fleiß für-
 wenden / daß dieser rechte und wahrhaftige
 Glaub / von meinen Underthanen / und
 allen denen / so mir under mein Sorg be-
 fohlen / soll gehalten / gelehret / und gepre-
 diget werden. Das verheisse / gelob und
 schwer ich **J.** So helff mir Gott und die
 heiligen Gottes Evangelia.

Im Anfang war das Wort / und
 das Wort war bey Gott / und
 Gott war das Wort / c. Joan. 1.

DE IIS QUÆ IN SACRAMENTO- RUM ADMINISTRATIONE GENERA- liter servanda sunt.

UT ea, quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & sacrorum Canonum Summorumque Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac cæremoniis hoc Libro præscribuntur, quâ par est diligentiam ac religione custodiantur, & ubique fideliter servantur; illud ante omnia scire & observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus de iis ritibus decrevit in hæc verba:

*Sess. 7.
Can. 13.* **S**i quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathematis sit.

Cum igitur in Ecclesiâ Dei nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis salutem à Christo Domino instituta; Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse imprimis debet, se sancta tractare; atque omni ferè temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuò curabit ut integrè, castè, pièque vitam agat: nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque à pravis ministris eorum effectus impediri; impurè tamen & indignè ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde poeniteat, sed si habeat copiam Confessarii, & temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.

Quicumque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas

fitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpè, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimùm advocet, nullâ temporis aut cujuscunque incommodi habitâ ratione.

Ipsè verò antequàm ad hujusmodi administrationem accedat, paululùm, si opportunitas dabitur, orationi, & sacræ rei quam acturus est meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi & cæremonias pro temporis spatio prævidebit & perleget.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo fit indutus, & desuper stolâ ejus coloris quem Sacramenti ritus exposcit, nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures Clericos, prout loci & Sacramenti ratio postulabit, decenti habitu & superpelliceo pariter indutos.

Curabit etiam, ut sacra supellex, vestes, ornamenta, linteamina, & vasa ministerii integra, nitidâque sint & munda.

In Sacramentorum administratione, eorum virtutem, usum, ac utilitatem, & cæremoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex sanctorum Patrum & Catechismi Romani doctrinâ, ubi commodè fieri poterit, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam & ministerium pertinent, attentè, distinctè, & piè, atque clarâ voce pronuntiabit. Similiter & alias orationes & Preces devotè ac religiosè dicet; nec memoriæ, quæ plerùmque labitur, facilè confidet; sed omnia recitabit ex libro. Reliquas prætereà cæremonias ac ritus ita decenter gravique actione peraget: ut adstantes ad cælestium rerum cogitationem erigat & attentos reddat.

Ad Ministrandum procedens, rei quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsâque administratione actualem attentio-

rentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Ecclesia.

Illud porrò diligenter caveat, ne pro Sacramentorum administratione aut aliis sacris functionibus aliquid, quocunque nomine seu titulo exigat aut accipiat ultra id, quod speciali Ordinatione Germanicè editâ in hâc Archidioecesi est determinatum.

Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causâ, vel de licentiâ Parochi seu Ordinarii.

Omnes autem qui Sacramenta suscipiunt, loco & tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, & habitu actûque indecenti, piè ac devotè Sacramentis interfint, & eâ quâ par est reverentiâ suscipiant.

Librum hunc Ritualem (ubi opus fuerit) semper cùm ministrabit, secum habebit, ritûsque & cæremonias in eo præscriptas diligenter servabit.

Cæterùm illorum tantùm Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc Opere præscribuntur; cujusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, & Matrimonium. Reliqua verò duo Sacramenta Confirmationis & Ordinis, cùm propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis atque aliis Sacramentis scire, servare, & docere Parochi debent, cùm ex aliis libris, tum præcipuè ex Catechismo Romano sumi possunt. Siquidem hic de iis ferè tantùm agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

Postremò, quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parochialium sanctionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, ut ad finem hujus Ritualis habetur.

DE SACRAMENTO BAPTISMI

RITE ADMINISTRANDO.

Sacrum Baptisma, Christianæ religionis & æternæ vitæ januam, quod inter alia novæ legis Sacramenta à Christo instituta primum tenet locum, cunctis ad salutem necessarium esse, ipsa Veritas testatur illis verbis : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Itaque summa ad illud opportunè ritèque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

Cùm autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de jure divino absolutè necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus ac cæremoniæ, quas ex Apostolicâ & antiquissimâ traditione acceptas & approbatas, nisi necessitatis causâ, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium ritè ac sanctè peragatur.

De Materiâ Baptismi.

AC primùm intelligat Parochus, cùm hujus Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.

Aqua verò solemniter Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quæ in Fonte mundo nitida & pura diligenter conservetur: & hæc, quando nova benedicenda est, in Ecclesiæ, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur.

Si Aqua benedicta tam imminuta sit, ut minùs sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate.

Si verò corrupta fuerit, aut effluerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in Fontem bene mundatum ac nitidum recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formulâ quæ infra præscribitur.

Sed si aqua congelata sit, curetur ut liquefiat; sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, & admiscere aquæ baptificali in vasculo ad id parato, & eâ tepefactâ ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

De formâ Baptismi.

Quoniam Baptismi forma his verbis expressa, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti*, omnino necessaria est; ideò eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno & eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt.

Cùm Baptismum iterare nullo modo liceat, si quis sub conditione, de quo infra, sit baptizandus, ea conditio explicanda est, hoc modo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c.* Hâc tamen conditionali formâ nō passim aut leviter uti licet; sed prudenter, & ubi re diligenter pervestigatâ, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum, qualis est. I. Si ob imminens periculum infans adeò præcipitanter & tumultuariè sit baptizatus, ut certò constare nequeat, an necessaria omnia fuerint adhibita. II. Si in partu geminorum pluriùmve unius caput emissum atque salutari undâ perfusum in uterum se recipiat, & postea de se dubitandi occasionem præbeat. III. Si inter infideles aut hæreticos, maximè Anabaptistas, quis educatus, neque ipse baptismatis sui recordari, neque per idoneos testes de eo suscepto certior fieri possit, aut si ab illis sit baptizatus, qui, ut à Catholicâ Ecclesiâ dissentiunt, studiosè sacramentorum formas pervertunt, materiam contemnunt, intentionem vitiant &c. IV. Si ex aliquâ necessitate membrum aliud quàm caput, scapulæ, pectus, vel horum aliquod sub formâ tamen & materiâ secundùm Doctores dubiâ, fuerit baptizatum. V. Si obstetrices in necessitate baptizârunt, regulariter sub conditione infantes ab ipso Parocho denuò baptizentur, ob justum timorem ne forsan aliquid substantiale ab ipsis intermissum fuerit.

Baptismus fiat per infusionem aquæ, ita ut trinâ ablutione caput baptizandi perfundatur, in modum Crucis uno eodemque tempore quo verba proferuntur, & idem sit aquam adhibens, & verba pronuntians.

De ministro Baptismi.

Legitimus quidem, qui & publicus, Baptismi minister est Parochus, vel alius Sacerdos à Parocho vel ab Ordinario loci delegatus; sed quoties infans aut adultus versatur in vitæ periculo, potest sine solemnitate à quocumque baptizari in quâlibet linguâ, sive clerico sive laico etiam excommunicato, sive fidei sive infidei, sive catholico sive hæretico sive viro sive foeminâ, servatâ tamen formâ & intentione Ecclesiæ.

Sed si adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus Laico, & vir foeminæ; nisi pudoris gratiâ deceat foeminam potius quàm virum baptizare infantem non omninò editum, vel nisi melius foemina sciret formam & modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut fideles, præsertim obstetrices, rectum baptizandi ritum probè teneant & servent.

Pater aut mater propriam prolem baptizare non debet, præterquàm in mortis articulo, quando alius non reperitur qui baptizet, neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii usum impediatur.

De baptizandis parvulis.

Opportunè Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes sive baptizandos, sive baptizatos, quam primùm fieri poterit, & quâ decet Christianâ modestiâ sine pompæ vanitate deterant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantoperè necessarium nimiùm differatur cum periculo salutis, & utiis, qui ex necessitate privatim baptizati sunt, con-

fuetæ cæremoniaë ritûsque suppleantur, omisâ formâ & ablu-
tione.

Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Sed si in-
fans caput emiserit, & periculum mortis immineat, baptizetur
in capite; nec postea si vivus evaserit, erit iterum baptizan-
dus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet
motum, in illo, si periculum impendat, baptizetur; & tunc
si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus, eo modo quo
suprà dictum est: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine
Patris, &c.* Si verò ita baptizatus, deinde mortuus, prodierit
ex utero, debet in loco sacro sepeliri.

Si mater prægnans mortua fuerit, os ejus apertum te-
neatur, & foetus quamprimùm cautè extrahatur, ac si vivus
fuerit, baptizetur; si fuerit mortuus, & baptizari non potuerit,
in loco sacro sepeliri non debet. Unde malè faciunt, qui talem
infantem in eodem sepulchro cum matre sepeliunt.

Infantès expositi, & inventi, si re diligenter investigatâ
de eorum Baptismo non constat, sub conditione baptizentur.

Infans de quo dubium est, an vivat, sub conditione hac
baptizari debet? *Si vivis, ego te baptizo &c.* Si baptizans non
satis actioni præsentì intendens in sexu errorem commisit,
masculum pro foemellâ, aut contrâ baptizando (quod summo
studio cavere debet) non propterea iterandus est Baptismus,
sed nomina solùm pro sexûs qualitate mutanda.

Si quis Turca vel Judæus recenter passus sit se instrui in fide
Christianâ, & subitò in periculum mortis incidat, nec possit pe-
tere Baptismum, baptizandus est.

In monstris verò baptizandis, si casus eveniat, ma-
gna cautio adhibenda est: de quo, si opus fuerit, Ordina-
rius loci, vel alii periti consulantur, nisi mortis periculum
immineat.

Monstrum quod humanam speciem non præferat, bap-
tizari non debet: de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac
conditione: *Si tu es homo, ego te baptizo, &c.*

Illud verò, de quo dubium est, unàne, an plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur. Discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora: tunc enim totidem erunt corda, & animæ, hominésque distincti, & eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: *Ego te baptizo, &c.* Si verò periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: *Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quam tamen formam in iis solùm, & in aliis similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, & ubi tempus non patitur ut singuli separatim baptizentur, aliàs numquam, licet adhibere.

Quando verò non est certum in monstro esse duas personas, vel quia duo capita & duo pectora non habet benè distincta; tunc debet primùm unus absolutè baptizari, & postea alter sub conditione, hoc modo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

De Patrinis.

Parochus antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro Fonte suscipiant, ne plures quàm liceat, aut indignos vel ineptos admittat.

Patrinus unus tantùm, sive vir sive mulier, vel ad summum unus & una adhibeantur ex decreto Concilii Tridentini: sed simul non admittantur duo viri, aut duæ mulieres, neque ipsius baptizandi pater aut mater.

Hos autem Patrinos saltem in ætate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis consignatos esse maximè convenit.

Sciant præterea Parochi, ad hoc munus non esse admit- tendos infideles, aut hæreticos, non publicè excommunicatos aut interdictos, non publicè criminosos aut infames, nec præ-

terea qui sanâ mente non sunt, nec qui ignorant rudimenta fidei : hæc enim Patrini spirituales filios suos , quos de Baptismi Fonte susceperint , ubi opus fuerit , opportunè docere tenentur.

Præterea ad hoc etiam admitti non debent Monachi vel Sanctimoniales, neque alii cujuscvis Ordinis Regulares à sæculo segregati.

De tempore & loco administrandi Baptismum.

Quamvis Baptismus quovis tempore , etiam interdicti & cessationis à divinis, præsertim si urgeat necessitas , conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesiæ ritu sacri sunt dies, in quibus solemni cæremoniâ hoc Sacramentum administrari maximè convenit : nempe Sabbatum sanctum Paschæ, & Sabbatum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis aqua ritè consecratur. Quem ritum, quantum fieri commodè potest, in adultis baptizandis, nisi vitæ periculum immineat, retineri decet, aut certè non omninò prætermitti, præcipuè in Cathedrali Ecclesiâ.

Alicet urgente necessitate, ubique baptizare nihil impediât, tamen proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in quâ sit fons Baptismalis, vel certè Baptistrium propè Ecclesiam.

Itaque, necessitate exceptâ , citra expressam Ordinarii licentiam, in privatis locis nemo baptizari debet; nisi fortè sint personarum illustrium filii, id ipsis ita deposcentibus; dummodo id fiat in eorum Capellis, seu Oratoriis, aut aliis locis decenter ad hoc ornatis & in apuâ Baptismali de more benedictâ.

Baptistrium sit decenti loco & formâ materiâque solidâ, & quæ aquam benè contineat, decenter ornatum, serâ & clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis vel aliæ sordes intrò non penetrent: in eoque ubi commodè fieri potest, depingatur imago sancti Joannis Christum baptizantis.

De sacris Oleis, & aliis requisitis.

Sacrum Chrisma, & sanctum Oleum, quod & Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feriâ quintâ in Coenâ Domini.

Curet Parochus, ut ea suo tempore quam primùm habeat, & tunc vetera in Ecclesiâ comburat.

Quæ si ob distantiam loci, vel aliud incidens impedimentum ipso Sabbato sancto haberi nequeant, Fons Baptismalis nihilominus eo die benedicatur, omniâque eo ordine, quo in hoc Rituali præscribuntur, peragantur; exceptâ infusione & commixtione chrisomatis & olei, quæ fiet die, quo sacra olea recepta fuerint. Ante infusionem autem & commixtionem chrisomatis & olei infantem baptizet nullum, nisi necessitas aliud suadeat.

Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur; ac si deficere videantur, & Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.

Chrisma & Oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis benè obturatis: quæ vascula sint inter se distincta, & propriam unumquodque inscriptionem habeat majusculis literis incisam, ne quis error committatur.

Uni igitur vasculo incidatur littera S, quæ designat Oleum salutis Catechumenorum, alteri verò littera C, denotans sacrum Chrisma, tertio I, significans Oleum infirmorum.

Ad usum verò quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno; sive separata, sive etiam conjuncta; aptè tamen distincta & benè cooperta, & cum suis inscriptionibus ut supra, ne Parochus aberret, & unum pro altero sumat, quod cavere diligenter debet.

In ea igitur ex majoribus vasculis Chrisomatis & Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveatur,

tur, commodum erit in his vasculis bombacium seu quid simile habere, Oleo sacro & Chrismate separatim perfusum, in quæ pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

Hæc vascula ita parata, in loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave ac tutâ custodiâ decenter asserventur, ne ab aliquo nisi à Sacerdote temerè tangantur, aut eis sacrilegè quispiam abuti possit.

Parochus curet, ne per Laicos, sed per se, vel per alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesiæ ministrum hæc Olea deferantur: caveat item ne de iis quidquam ulli unquam tribuat, cujusvis rei prætextu.

Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum suâ peculiari benedictione, quæ infra præscribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendum aquam; sitque prius benè confractum & attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur; sed ad alios baptizandos servetur, aut in Sacrarium abjiciatur:

Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, hæc in promptu esse debent.

Vascula sacri Olei Catechumenorum, & Chrismatis.

Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est; benedicto.

Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

Stolæ duæ, ubi commodè haberi possunt, una violacea, & altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minùs, una saltem adhibeatur.

Hic denique Ritualis liber sit paratus, & item liber Baptismalis, in quo Baptizati describuntur.

Omnibus igitur opportunè præparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo & stolâ violaceâ indutus accedat, Clericum unum, seu plures, si potest, secû adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

Ita paratus accedat ad limen Ecclesiæ, ubi foris expectant qui infantem detulerunt.

Interrogat (nisi de his bene sibi constet) an infans sit suæ Parochiæ, an sit domi baptizatus, & à quo, & quàm ritè.

Et quoniam iis qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Christo regenerandis, & in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur, curet, ne obscœna, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potiùs Sanctorum; quorum exemplis fideles ad piè vivendum excitentur, & patrociniis protegantur.

His igitur expeditis, & accepto nomine baptizandi positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum:

ORDO BAPTIZANDI PARVULOS UTRIUSQUE SEXUS.

In primis se Cruce signans dicat:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti,
Amen.

Deinde habeat admonitionem ad Circumstantes,
hâc vel simili formâ:

Mächtige Kinder Gottes / weil ihr
aus Christlicher Lieb / allhie zu die-
sem ernstlichen Göttlichen Werck erschei-
net / da diesem Adamskind / durch den
heiligen Lauff / zur Gemeinschaft Christi /
und Kindschaft Gottes verholffen / und
also

also der allgemeinen Christenheit ein newer Bürger/ und den Himmeln ein newer Erb werden soll: so wöllet diese kleine Zeit alle andere Gedancken auß eweren Herzen setzen/ und mit hohem Ernst betrachten/ die unmäßliche Lieb/und reiche Gnade Gottes/ die er nach seiner Erbarmnuß/ durch das hochheilig heilsam Sacrament/ des Lauffs/ vorhin an uns allen erwiesen/ und nach seinen getrewen Verheissungen/ jekund an diesem Kind/ohn zweiffel auch leysten will.

Ewer Andacht wissen sich/ nach Zeugnuß unserer heiligen Christenlehr/ wol zu berichten/ daß umb Ubertrettung unser ersten Eltern im Paradenß/ folgender Zeit alle Menschen/so von Mann und Weib gezeuget/ werden gleich auß Mutter Leib mit der Erbsünden bewußt/ und derhalben Gefäß und Kinder des Zorns Gottes/ Unhuld/und dem Gewalt des bösen Feindes unterworffen seynd/ und also von Natur gar keinen Anspruch oder Vortheil zur Seeligkeit haben / sondern allen Vortheil ihres Heyls/ auß Erbarmnuß Gottes/

Gottes / durch Gnad und Verdienst Christi Jesu / unsers gemeinen Heylands / suchen und annehmen müssen.

Da dann Gott / der an Erbarmnuß ohne Maas und Zihl reich ist / als er den Menschen / den er geschaffen hatt / nicht ins End wolte verderben lassen / zur Erlösung auß der Sünden / und allem Gewalt des bösen Feindes / und zu gewissem Heyl und Seeligkeit der verarmbten und verdampften Welt / diß gnadenreich Geheimnuß des heiligen Lauffs / durch seinen einigen und geliebten Sohn eröffnet / und dasselbig mit seinem glaubwürdigen Wort und getreuen Verheissungen vilfältig bekräftiget / und uns vergewisset hat / daß alle / die diß Zeichen im Glauben brauchen / auß Göttlicher Erbarmnuß / durch die Gnad und Verdienst Christi (in den sie durch den Lauff geistlich vergliedet werden) nun fürhin von aller anhangender Sünden frey / und auß dem Gewalt des bösen Feinds erledigt / und in Gottes Huld und Kindschafft eingelaf-

gelassen / und nun für ohn Glieder und
 Miterben Christi / und Erben des Him-
 mels seyn sollen.

Dies kräftig / heylsam und gnadenreich
 Geheimnuß / hat uns der Herz im Wasser
 eingesezt: darzu er aber seinen heiligen Geist
 gibt / und denselben im Wasser unsichtbarli-
 cher weiß / kräftiglich würcken lasset: Also /
 daß von aussen die Teuffling mit dem Was-
 ser gewaschen werden: Der Heilig Geist a-
 ber / (den Gott in diesem Geheimnuß in
 uns reichlich außgeußt / durch Christum
 Jesum unsern Herrn) durch seine Gött-
 liche Krafft / von innen durch diese äußerli-
 che Abwaschung die Seelen der Teuffling
 reinigt / und mit seinen Gnaden begeußt /
 und allda ein neuen Menschen zurichtet der
 zu vor nach dem Adam gemacht / aber jekund
 erneuert / und nach Gott geschaffen ist / nit
 mehr ein Sünder / sonder ein Gerechter / nit
 mehr dem Gewalt des bösen Feinds under-
 geben / sonder jekund in die Freyheit /
 Gnad und Huld Gottes eingesezt / nit
 mehr

mehr der Verdammnuß schuldig / sonder ein Erb des Himmels und der Seeligkeit alles auß der Krafft des Heiligen Geistes / nach der Erbarmnuß und der Gnaden Gottes / durch Christum Jesum unsern Herrn. Und solcher herzlicher Wolthat werden wir in unseren Herzen tröstlich erinnert / da wir hören / daß wir in dem Nahmen des Vaters / und des Sohns und des heiligen Geistes getaufft werden : welches ja diese Meinung hat / daß wir / vermittels des heiligen Tauffs / doch nit allein durch äusserliche Menschliche Handlung / sondern forderist durch die Krafft und Gewalt des Allmächtigen Gottes / der da ist der Vatter / und der Sohn / und der heilig Geist / auß der Sünden zu der Gerechtigkeit / auß dem Zorn Gottes / in seine Guld und Gnad / unnd auß der Verdammnuß zur Seligkeit gezogen werden: Ja daß wir jekund Kinder und ein Eygenthumb worden / und mit Leib und Seel / in den Schuß und Schirm angenommen seynd / des ewigen Allmächtigen Gottes /

tes / der da ist der Vatter / und der Sohn /
 und der H. Geist. Dem seye / umb seine un-
 mäßliche Lieb gegen uns / und vielfältige
 Gnad und Barmherzigkeit / Lob / Ehr /
 und Preis nun und allweg / und zu ewigen
 zeiten / Amen.

Si tempus ferat & iudicetur consultum, sub-
 jungat explicationem hanc sequentem, de riti-
 bus Baptismi.

Mil aber bey dem heiligen Lauff / auß An-
 gebung der heiligen Apostel / und ihren
 Nachkömblingen / viel andächtiger Gottse-
 liger Ceremonien gebraucht werden / so wöl-
 le euer Andacht unbeschwert seyn / von den-
 selben alleindiesen kurzen Bericht anzuhören:
 auß denen ihr vernemen werdet / was mit die-
 sem Kindelein / und euch allen / die ihr gleicher
 weiß getaufft worden seyd / im Lauff ge-
 handelt wirdt / und wie Christen / nach dieser
 Lauffweiß allezeit ihres Lebens / mit Thun
 und Lassen / sich halten sollen.

Anfanglich laßt man den Leuffling nicht
 in die Kirchen / sonder für die Kirchen kom-
 men :

men: ihne damit zu erinnern/ daß er/ nach der Natur/ noch damals von der Gemeinschaft der Glaubigen/ von Gottes Gnad und Seligkeit entfrembdet sey/ und sein Seligkeit erstmals durch Christi Verdienst und Gnad/ in Gemeinschaft der Glaubigen/ bey Gott suchen/ und annehmen müsse. Und nach dem die Petteern dem Kindlein einen Namen geben/ und damit bezeugt haben/ daß sie ihne gern in die Gemeinschaft Christi/ und seiner Glaubigen/ einhelffen wolten/ bläst der Priester das Kindlein an/ und bedrawet den bösen Feind/ mit ernstlichen trefflichen Worten/ daß er von diesem Kind abweichen/ dem Heiligen Geist Raum geben/ und dem wahren lebendigen Gott die Ehr lassen solle.

Nachmals macht der Priester dem Kindlein an sein Stirn und Herß/ das Zeichen des heiligē Creuzes Christi/ durch welches Creuz zuvor der böß Feind geschlagen/ überwunden/ und krafftloß gemacht ist/ damit so der böß Feind diß Zeichen des gewaltigen Ansehers Christi/ an diesem Kindlein sicht/ und
 Daben

Dabey verstehet/ daß es jekund in den Schirm Christi eingenommen ist/ es fürhin mit seinem Höllischen Gewalt / nicht mehr anfechten oder betrüben dörsste. Daß auch der Teuffling bey diesem Zeichen erinnert werde/ fürhin Christo seinem Herrn (daß Zeichen er anträgt) in Thun und Lassen/ ein gancken gehorsam zu leysten/ 2c.

Darnach gibt der Priester dem Kindlein ein wenig geweyht Salk in sein Mund/ zu bedeuten/ daß die Christen/ durch Gottes Hülff und Gnad/ von allem Standt der Sünden/ und von Faulung fleischlicher Begierden/ sich frey behalten/ und fürhin/ ihr Leben und wandel/ mit dem geistlichen Salk würcken/ das ist/ mit gottseeligen/ vernünfftigen und heylsamen Worten und Wercken zieren sollen.

Alsdann wird der böse Feind zum drittenmahl/ mit trefflichen ernstern Worten bescholten und bedrauet / daß er von diesem/ Gott ergebenen Kind außweichen/ S. Vtt und seinem einigen Sohn Platz geben/ und fürhin

fürhin diß Kindlein/ einen heiligen/ reinen und ruhigen Tempel des Heiligen Geists seyn und bleiben lassen soll.

Nach dem der Priester den Teuffling in die Kirchen für den Lauffbrunnen geführt/ und das heilige Gebett/den heiligen Glauben und das Vatter unser laut vorgesprochen hat: eröffnet er dem Kindlein seine beyde Ohren und Naslöcher mit wenig Speichel / zu bedeuten/ welches Gebett und Glauben alle Christen lehren und brauchen/ und daß einem Christen seine Ohren allzeit/zum Behör Göttliches Worts offen stehen/ und er den Geruch Göttlicher und Himmlischer Ding/ gern und mit Lust fahen soll.

Nach solchem/ widersagt der Teuffling durch den Mund seiner Vettern oder Dothen/ dem Teuffel und aller seiner Hoffart/ und allen seinen Wercken/ und bekennet öffentlich den wahren Seeligmachenden Glauben/ an Gott Vattern Allmächtigen / und an Jesum Christum seinen einigen Sohn/ und an den Heiligen Geist. Welche Widersprechung

ihn allezeit seines Lebens vermahnen/und ihn dahin ziehen soll / daß er seinen Wandel von allen bösen Wercken abwenden/und nach dem Willen Gottes richten / und den wahren Glauben unverbrüchlich behalten soll.

Auff das wird das Kind an seinem Herzen/und zwischen seinen Schultern/ mit dem geheiligten Del gesalbet/ welches die Gnad des Heiligen Geists bedeutet : zur Anzeig / daß er fürhin ein redlicher Ritter Christi seyn/und mit der Gnad des H. Geists/durch den Glauben im Herzen/und mit der Arbeit seiner Schultern/das ist/ mit einem thätigen arbeitsamen Leben / in allen guten Wercken / wider den Feind Christi den Teuffel/ allzeit seines Lebens / ritterlich fechten und streiten wolle.

Da wird dann das Kindlein dreyimal/ mit dem geheiligten Lauffwasser übergossen/ im Namen des Vatters/ und des Sohns/und des Heiligen Geists/dardurch es Vermög deren von Christo diesem Sacrament mitgetheilte sonderbaren Krafft und Würckung von
 aller

aller Sünden Schult unnd Straff gänzlich
gereyniget / mit Gott völlig versonet / und
eingenommen wirdt / in die Huld und
Schirm des Allmächtigen Gottes / der da
ist der Vatter / Sohn / und Heiliger Geist.

Daß aber das Kindlein mit Wasser über-
gossen wirdt / bedeutet / daß der alt sündlich
Mensch im Tauff mit Christo begraben wer-
den / und ein neuer Mensch auferstehen soll /
der fürhin nicht mehr in Sünden / sonder in
ein neuen heiligen Leben wandlen soll.

Nach dem Tauff / wird das Kindlein mit
dem Chrisam auff seiner Scheitel gesalbet /
zum Zeugnuß daß fürhin Christus / der
wahre Gesalbter / sein haupt seyn soll: und daß
also diß Kindlein / mit allen andern Gliedern
Christi / zum Geistlichen Königreich und
Priesterthumb gesalbet werden / unnd mit sei-
nem Herrn Christo / nicht allein in der Gna-
den / sondern auch im Nahmen Gemeinschaft
haben möge. Gleich wie Christus vom Chris-
ma seinen Nahmen hat / daß wir also nach
ihm Christen heißen sollen.

Zu lekt wird dem Kindlein ein rein weiß Hämblein angelegt / zur Vermanung daß es die Keinigkeit und Unschuld / die es auß Gottes Gnad und Geist im Lauff empfangen hat / allezeit seines Lebens unbeschleckt behalten / und unvermactelt für den Richterstuhl Christi bringen soll.

Wolan / diß heilig Göttlich Geheimnuß sambt den heilsamen Ceremonien / so von Anfang unsers Glaubens / von den lieben Aposteln / und heiligen Martyrern / allenthalb in der ganzen Christenheit bey dem Lauff geübt worden seynd / will ich / als ein Diener der allgemeinen Apostolischen Kirchen / mit Gottes Gnad / nach dem Befehl des Herrn / an diesem Kindlein / auff eweren und der allgemeinen Kirchen Glauben / jekund verrichten / darzu ihr mir mit ewerer Andacht und herzlichem Gebett verhelffen / und erstlich dem Allmachtigen Gott ein jeder für sich selbst Lob und Danck sagen wöllet / umb die Gnaden / so er euch zuvor gleichermaß im Lauff erwiesen hat.

Wach

Nachmals wollet / auß Christlicher Liebe / mit Mund und Herß den allergütigsten Gott für diß lieb Kindlein bitten / daß er ihm / nach seinen Verheissungen / die Gnad des heiligen Lauffs kräftiglich zutheilen / und gnädiglich in ihme erhalten wolle / und ihme durch seine milte Gnad und Geist verhelffen / auff daß es in allem seinem Leben den heiligen und rechten Willen Gottes halten / und endlich seine Verheissung erreichen / und die ewige Seeligkeit / mit allen Außerwöhlten / ewiglich geniessen möge. Die verleyhe uns allen der barmherzige / gütige Gott / durch Christum Jesum unsern Herrn / Amen.

Absolutâ Exhortatione

Sacerdos sciscitetur à Patrinis nomen infantis
dicens:

Quo nomine est iste infans vocandus?

Wie soll diß Kind heissen?

Cognito nomine interroget.

S. N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Was begehrestu von der Kirchen Gottes?

P. respondet. Fidem.

Den heiligen Glauben.

S. Fides quid tibi præstat?

Wozu nußt dir der heilige Glaub?

P. Vitam æternam.

Zum ewigen Leben.

S. Si igitur vis ad vitam ingredi serva mandata.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex totâ animâ tuâ, & ex totâ mente tuâ, & proximum tuum sicut te ipsum.

Wiltu dann zum Leben eingehen/ so halte die Gebott.

Du solt den Herrn deinen Gott lieben/ von gankem deinem Herzen/ und von gankher deiner Seelen/ und von gankem deinem Gemüth/ und deinen Nächstten als dich selbst.

Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, & dicat semel:

Exi ab eo (vel ab eâ) immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto Paraclito.

Postea pollice faciat signum Crucis in fronte & pectore infantis, dicens:

Accipe signū Crucistam in fronte **✠** quàm
in

in corde **✠**, sume fidem coelestium præceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum **N.** (vel hanc electam tuam **N.**) Crucis Dominicæ impressione signatum (signatam) perpetuâ virtute custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum **N.** (vel famulam tuam **N.**) quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (eâ) expelle: disrumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus (colligata:) aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (imbuta) omnium cupiditatum fœ-

toribus

toribus careat, & ad suavē odorē præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Ecclesiâ tuâ deserviat, & proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Deinde Sacerdos benedicat salem, qui semel benedictus aliàs ad eundem usum deservire potest.

Benedictio Salis.

EXorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis **✠**, & in charitate Domini nostri Jesu Christi **✠**, & in virtute Spiritûs sancti **✠**, Exorcizo te per Deum vivum **✠**, per Deum verum **✠**, per Deum sanctum **✠**, per Deum **✠** qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum, Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices **✠**, & benedicendo benedicas **✠**, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri
Jesu

Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos
& mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis
dicens:

N. Accipe sale[m] sapientiæ : propitiatio
sit tibi in vitam æternam. **R.** Amen.

Sacerdos. Pax tecum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus Patrum nostrorum, Deus universæ
conditor veritatis, te supplices exoramus,
ut hunc famulum tuum **N.** (hanc famulam
tuam) **N.** respicere digneris propitius, & hoc
primum pabulum salis gustantē, non diutiùs
esurire permittas, quò minùs cibo expleatur
cælesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe
gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc
eum (eam) Domine, quæsumus, ad novæ rege-
nerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis pro-
missionum tuarum æterna præmia consequi
mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Pa-
tris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs sancti **✠**, ut ex eas &

G

recedas

recedas ab hoc famulo Dei **N.** (vel famulâ Dei **N.**) Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte Diabole, recognosce sententiam tuam & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei **N.** (vel hâc famulâ Dei **N.**) quia istum (istam) sibi Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Et hoc signum sanctæ Crucis **✠** quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. **℟.** Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, & dicit:

Oremus.

ÆTernam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulū tuū **N.** (vel hanc famulā tuā **N.**)

ut

ut digneris illum (illam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (eam) & sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (digna) gratiâ Baptismi tui effectus (effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, & introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. **R.**
Amen.

Cùm fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem facie ad altare versâ cum susceptoribus ad sinistram ejus assistentibus conjunctim clarâ voce dicit:

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Mariâ Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos: tertiâ die resurrexit à mortuis: ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum

sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum
 communionem, remissionem peccatorum,
 carnis resurrectionem, & vitam æternam,
 Amen.

PAter noster, qui es in coelis: sanctificetur
 nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat
 voluntas tua, sicut in coelo & in terrâ. Panem
 nostrum quotidianum da nobis hodie: & di-
 mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit-
 timus debitoribus nostris. Et ne nos indu-
 cas in tentationem: sed libera nos à malo,
 Amen.

Ich glaub in Gott Vatter/ Allmächtigen
 Schöpffer Himmels und der Erden.
 Und in Jesum Christum/ seinen einigen
 Sohn unsern Herrn. Der empfangen ist
 von dem Heiligen Geist/ geböhren auß Ma-
 ria der Jungfrauen. Belitten unter Pon-
 tio Pilato/ gecreuziget / gestorben/ und be-
 graben. Abgestiegen zu der Hölle/am drit-
 ten Tag wiederumb auffstanden von den
 Todten. Auffgefahren zu den Himmeln/
 sitzet zu der Rechten Gottes des Allmächtigen

gen Vatters. Von dannen er kommen wird
zu richten die Lebendigen und die Todten.
Ich glaub in den Heiligen Geist. Ein heili-
ge allgemeine Kirchen. Gemeinschaft der
Heiligen. Ablass der Sünden/ Aufersteh-
ung des Fleisches/ und ein ewiges Leben/
Amen.

Vater unser der du bist in den Himmeln:
Heiliget werd dein Nahm. Zukomme
dein Reich: dein Will geschehe/ wie im Him-
mel also auch auff Erden/ unser täglich Brod
gib uns heut/ und vergib uns unsere Schuld/
als auch wir vergeben unsern Schuldigern.
Und führe uns nicht in Versuchung/ sondern
erlöse uns von dem Ubel/ Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

EXORCISMUS.

EXorcizo te omnis spiritus immunde, in
nomine Dei Patris omnipotentis **A**, & in
nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini & Ju-
diciis nostri **A**, & in virtute Spiritûs sancti **A**
ut discedas ab hoc plasmate Dei **N**. qu
Dominus noster ad templum sanctum suu^m

vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi,
& Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem
Christum Dominum nostrum, qui venturus
est judicare vivos & mortuos, & sæculum per
ignem. **R.** Amen.

Postea Sacerdos digito accipiat de salivâ oris sui, & tangat
aures & nares infantis: tangendo verò aurem dexteram & si-
nistram, dicat:

Ephpheta, quod est Adaperire:

Deinde tangat nares, dicens: **I**n odorem suavita-
tis. Tu autem effugare diabole, appropin-
quabit enim iudicium Dei.

Postea interroget baptizandum nominatim dicens:

S. **N.** **A**brenuntias Satanæ?

Widersagstu dem Teuffel?

R. **P.** **A**brenuntio.

Ich widersag.

S. **E**t omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Wercken?

R. **P.** **A**brenuntio.

Ich widersag.

S. **E**t omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffart?

R. **P.** **A**brenuntio.

Ich widersag.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum, & infantem ungit in pectore, & inter scapulas in modum Crucis, dicens:

Ego te linio **✠** Oleo salutis in Christo
Je **✠**su Domino nostro, ut habeas vitam æ-
 ternam. **R.** Amen.

Hic deponit stolam violaceam, & sumit aliam albi coloris.

Subinde pollicem & inuncta loca abstergit bombacio vel re simili, & interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

S. **N.** **C**redis in Deum Patrem Omnipotentem Creatorem coeli & terræ?

Glaubstu in Gott Vatter Allmächtigen
 Schöpffer Himmels und der Erden?

R. **P.** **C**redo.

Ich glaub.

S. **C**redis in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum natum & passum?

Glaubstu in Jesum Christum seinen einzigen Sohn / unsern Herrn / der geboren ist und gelitten hat?

R. **P.** **C**redo.

Ich glaub.

S. **C**redis in Spiritum sanctum, sanctam
 Eccle-

Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam?

Glaubstu in den Heiligen Geist/ Ein heilige allgemeine Kirchen/ Gemeinschaft der Heiligen/ Ablass der Sünden/ Auferstehung des Fleisches/ ein ewiges Leben?

R. **P.** Credo.

Ich glaub.

Subinde expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit:

N. Vis baptizari? **W**iltu getaufft seyn?

Respondet Patrinus: **V**olo. **I**ch will.

Tunc Patrino, vel Matrînâ, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo seu urceolo aut cavâ manu accipit aquam Baptismalem, & de eâ ter fundit super caput infantis in modum Crucis, & simul verba proferens, semel tantùm distinctè attentè dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris **✠**, fundat primò; & Filii **✠**, fundat secundò; & Spiritûs **✠** sancti. fundat tertio.

Mox Patrinus, vel Matrîna, vel uterque simul, infantem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis, ubi moris est, ut is inter baptizandum à Sacerdote teneatur.

Si verò dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hâc formâ: **N.** Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs **✠** sancti.

Deind

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, & ungit infantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens:

DEus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aquâ & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*) ipse te liniat Chrismate salutis **✠** in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam.

R. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inunctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam.

R. Amen.

Postremò dicit: **N.** Vade in pace, & Dominus sit tecum. **R.** Amen.

His peractis, tam Baptizans quàm Patrinus aut matrina lavant manus in pelvim ad hoc paratam in quam & sal quo pollicem in oleum salutis & Chrisma intinctum perfricuit, cum bombacio quo loca inuncta abstersit, conjicitur & in sacrarium vel vis unam effunditur.

Si verò fuerint plures baptizandi, sive masculi sive foeminae, in Catechismo masculi statuuntur ad dexteram, foeminae verò ad sinistram; & omnia pariter dicantur ut supra in proprio genere, & numero plurali. Verùm prima nominis interrogatio,

exsufflatio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium & narium cum salivâ, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de fide seu symbolo, & ipse Baptismus, inunctio Chrismatis & candidæ vestis impositio, singulariter singulis, & primùm masculis, deinde foemellis fieri debent.

Si infans, vel adultus ægrotus adeò graviter laboret, ut periculum immineat ne pereat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos omissis quæ Baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, veletiam semel infundens aquam super caput ejus in modum Crucis, dicens: **E**go te baptizo in nomine Patris **✠**, &c. fol. 56.

Si non habeatur aqua Baptismalis, & periculum impendat, Sacerdos utatur aquâ simplici.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: **D**eus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, &c. uti fol. 57.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens: **A**ccipe vestem uti fol. 57.

Admonendi sunt Susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato, baptizatiq; patre & matre; quæ cognatio impedit matrimonium, ac dirimit.

Commonendi sunt etiam parentes, & alii si opus fuerit, ne filios Hebræis, aliisve infidelibus, vel hæreticis mulieribus ullo modo lactandos aut nutriendos tradant.

Ansequam infans ex Ecclesiâ asportetur, aut Susceptores discedant, eorum nomina, & alia de administrato Baptismo ad præscriptam formam in Baptismali libro Parochus accuratè describat.

DE BAPTISMO ADULTORUM.

SI quis adultus sit baptizandus, debet priùs secundùm Apostolicam regulam in Christianâ fide ac sanctis moribus diligenter institui, & per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas & propositum sæpiùs explorari, & non nisi sciens & volens, probeque instructus baptizari.

At verò si quis, dum instruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habitâ ratione periculi vel necessitatis baptizetur.

Adultorum Baptismus, ubi commodè fieri potest, ad Episcopum deferatur, ut si illi placuerit, ab eo solemniùs conferatur; alioquin Parochus ipse baptizet, statâ cæremoniâ.

Decet autem hujusmodi Baptismum ex Apostolico instituto, in Sabbato sancto Paschatis, vel Pentecostes, solemnius celebrari.

Quare si circa hæc tempora Catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impediat, Baptismum differri convenit.

Verùm si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui ægrè ferant suum Baptisma in longum tempus differri, & ad illud festinent, instructique ac ritè parati esse noscantur, citiùs baptizari possunt.

Catechumenus instructus baptizetur in Ecclesiâ, seu in Baptistério. Patrinus ei assistat, & ipse Catechumenus ad Sacerdotis interrogationes respondeat; nisi mutus fuerit, aut omninò surdus, vel ignotæ linguæ; quo casu vel per Patrimum, si illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

Pro hujus autem veneratione Sacramenti, tam Sacerdotem qui adultos baptizabit, quàm ipsos adultos qui sani sunt, convenit esse jejunos.

Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causâ aliter faciendum esset) eorum Baptisma celebretur.

Admonendus est Catechumenus, ut peccatorum suorum poeniteat.

Amentes & furiosi non baptizentur, nisi tales à nativitate fuerint: tunc enim de iis idem iudicium faciendum est, quod de infantibus: atque in fide Ecclesiæ baptizari possunt.

Sed si dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si verò antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderit, ac vitæ periculum immineat, etiam si non sint compotes mentis, baptizentur.

Idemque dicendum est de eo, qui lethargo aut phrenesi laborat; ut tantum vigilans & intelligens baptizetur; nisi periculum mortis impendat, si in eo prius apparuerit Baptismi desiderium.

Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu & conditione eorum, qui baptizari petunt, præsertim exterorum. De quibus factâ diligenti inquisitione, num aliàs ac ritè sint baptizati, caveat, ne quis jam baptizatus imperitiâ, vel errore, aut ad quæstum, vel ob aliam causam, fraude dolove iterum baptizari velit.

Omnes autem, de quibus re diligenter investigatâ, probabilis dubitatio est, an baptizati fuerint, si nihil aliud impediat, sub conditione baptizentur.

Hæretici verò ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma aut materia servata non est, ritè baptizandi sunt: sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant, & detestentur, & in fide Catholicâ diligenter instruantur: ubi verò debita forma & materia servata est, ommissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causâ aliter Episcopo videatur.

Cæterum legantur & serventur ea, quæ suprà de Baptismo in communi præscripta sunt, fol. 25.

ORDO BAPTISMI ADULTORUM.

In primis Sacerdos paratis his, quæ suprà de observandis in administratione Sacramenti Baptismi parvulorum dicuntur, indutus superpelliceo & stolâ, vel etiam pluviâ violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus altaris, & genibus flexis, piâ mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum dignè valeat ministrare; & ad implorandum divinum auxilium, surgens se signet, & si temporis ratio ferat, dicat:

Deus in adiutorium meum intende. *R.*

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. *S*icut erat.

Postea incipiat, prosequentibus Clericis. *Antiph.*

Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

Psalmus. 8.

Domine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in universâ terrâ!

Quoniam elevata est magnificentia tua: super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digi-

torum tuorum : lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis: gloriâ & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in universâ terrâ!

Gloria Patri. **S**icut erat.

Psalmus 28.

Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorete Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

Vox

Vox Domini in virtute : vox Domini in
magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros : &
confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Li-
bani : & dilectus quemadmodum filius uni-
cornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis :
vox Domini concutientis desertum, & com-
movebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, & revela-
bit condensa : & in templo ejus omnes dicent
gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit : & se-
debit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit : Do-
minus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri. **S**icut erat,

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fon-
tes aquarum : ita desiderat anima mea ad
te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vi-
vum:

vum : quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte : dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam : quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis : sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea : & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultûs mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est : propterea memor ero tui de terrâ Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abyssus abyssum invocat : in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui : super me transfierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam : & nocte canticum ejus.

Apu

A pud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo,
Susceptor meus es.

Q uare oblitus es mei? & quare contrista-
tus incedo, dum affligit me inimicus?

D um confringuntur ossa mea : exprobra-
verunt mihi qui tribulant me inimici mei.

D um dicunt mihi per singulos dies, ubi est
Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare
conturbas me?

S perain Deo, quoniam adhuc confitebor
illi: salutare vultûs mei, & Deus meus.

Gloria Patri. **S**icut erat.

Et repetitur **Antiph.** Effundam super vos aquam
mundam. Quâ repetitâ dicitur: **K** yrie eleison. **C**hri-
ste eleison. **K** yrie eleison. **P**ater noster. **ψ.** Et
ne nos inducas in tentationem. **℞.** Sed libera
nos à malo. **ψ.** Domine exaudi orationem
meam. **℞.** Et clamor meus ad te veniat. **ψ.** Do-
minus vobiscum. **℞.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui dedisti
famulis tuis in confessione veræ fidei, æter-
næ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentiâ

majestatis adorare unitatem : quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: & quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu.

Oratio.

DA quæsumus Domine Electo nostro, (vel Electæ nostræ) ut sanctis edoctus (edocta) mysteriis, & renovetur fonte Baptismatis, & inter Ecclesiæ tuæ membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali.

Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesiæ, & stat in limine, catechizandus verò extra limen. Et si sunt plures, mares & feminae, illi ad dexteram Sacerdotis, hæc verò ad sinistram stantur, & Sacerdos interrogat:

S. Quo nomine vocaris?

Wie heist dein Nahm?

Catechumenus Respondet N.

S. Quid petis ab Ecclesiâ Dei?

Was

Was begehrestu von der Kirchen Gottes?

C. R. Fidem.

Den heiligen Glauben.

S. Fides quid tibi præstat?

Was gibt dir der heilige Glaub?

C. R. Vitam æternam.

Das ewige Leben.

S. Si vis habere vitam æternā, serua mandata.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex totā animā tuā, & ex totā mentuā, & proximum tuū sicut te ipsum, in his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ.

Wann du wilst zum Leben eingehen/ so halt die Gebott. Du solt den Herrn deinen Gott lieben/ von gankem deinem Herzen/ von ganker deiner Seelen/ von gankem deinem Gemüt/ und den Nächstten als dich selbst/ in diesen zweyen Gebotten hanget das ganze Gesetz und die Propheten.

Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo personas, neque substantiam

stantiam separando, alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritûs sancti. Sed horum trium una est substantia, & non nisi una Divinitas.

Der wahre Glaub aber ist/ daß du ver-
ehrest einen Gott in der heiligen Dreyfaltig-
keit/ und die Dreyfaltigkeit in der Einigkeit/
dann Gott Vatter/ Sohn/ und heiliger Geist
seynd drey Personen/ aber nur ein Wesen und
ein Gottheit.

Et rursus interrogat:

S. N. A brenuntias Satanae?

Widersagstu dem Teuffel?

C. R. A brenuntio.

Ich widersag.

S. Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Wercken?

C. R. A brenuntio.

Ich widersag.

S. Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffart?

C. R. A brenuntio.

Ich widersag.

Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo fidei dicens:

S. N. Credis in Deum Patrem Omnipotentem Creatorem coeli & terræ?

Glaubstu in Gott Vatter Allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden?

C. R. Credo.

Ich glaub.

S. Credis & in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum natum & passum?

Glaubstu auch in Jesum Christum seinen einigen Sohn / unsern Herrn / der geboren ist und gelitten hat?

C. R. Credo.

Ich glaub.

S. Credis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubstu auch in den H. Geist / ein heilige allgemeine Kirchen / Gemeinschaft der Heiligen / Ablass der Sünden / Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

C. **R.** Credo.

Ich glaub.

Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens:

Exi ab eo (vel ab ea) spiritus immunde, & da locum Spiritui sancto paraclito.

Hic in modum Crucis halet in faciem ipsius, & dicat:

N. Accipe Spiritum bonum per istam insufflationem, & Dei benedictionem **✠** Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

Deinde facit Crucem cum pollice in ejus fronte, & in pectore, dicens:

N. Accipe signum Crucis tam in fronte **✠** quàm in corde **✠**: fume fidem caelestium praeceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressusque (ingressaque) Ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis laetus (laeta) agnosce, (horresce idola, respue simulacra) cole Deum patrem omnipotentem, & Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & saeculum per ignem.

R. Amen.

Hic advertendum est, quod dicta verba, (horresce idola, respue simulacra) dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de Ethnicis & Idololatris.

Catechumeno verò Judæo, sive ex Hebræis venienti, loco horum verborum, dicatur, (horresce Judaicam perfidiam, respue Hebraicam superstitionem.) Saraceno autem, vel Turcæ, aut Persæ, sive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorundem verborum dicatur: (horresce Mahumeticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.)

At hæretico ad Catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur: (horresce hæreticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum.) Vel exprimaturo proprio nomine secta, de quâ Catechumenus venit.

Si plures sunt Electi, omnia supradicta dicuntur sigillatim super singulos.

Oremus. Oratio.

TE deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut huic famulo tuo, **N.** (vel famulæ tuæ **N.**) qui (quæ) in hujus sæculi nocte vagatur incertus ac dubius (incerta ac dubia) viam veritatis & agnitionis tuæ jubeas demonstrari: quatenus referatis oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu sancto recognoscat, atque hujus confelsionis fructum & hic, & in futuro sæculo percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Si plures sint electi, præcedens Oratio dicatur in numero plurali (Sequentes autem Signationes fiant cum suis verbis figillatim super singulos.)

Deinde signet Electum signo Crucis cum pollice *in fronte*, dicens: Signo tibi frontem **✝**, ut suscipias Crucem Domini.

In auribus: Signo tibi aures **✝**, ut audias divina præcepta.

In oculis: Signo tibi oculos **✝**, ut videas claritatem Dei.

In naribus: Signo tibi nares **✝**, ut odorem suavitatis Christi sentias.

In ore: Signo tibi os **✝**, ut loquaris verba vitæ.

In pectore: Signo tibi pectus **✝**, ut credas in Deum.

In Scapulis: Signo tibi scapulas **✝**, ut suscipias jugum servitutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens manu, producit signum Crucis, & dicit: Signo te totum in nomine Patris **✝**, & Filii **✝**, & Spiritûs **✝** sancti, ut habeas vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. **℞.** Amen.

Oremus. Oratio.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, & hunc Electum tuum **N.**
(vel

(vel hanc Electam tuam **N.**) Crucis Domini-
nicæ, cuius imprefione eum (eam) fignamus,
virtute custodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ
rudimenta fervans, per custodiam mandato-
rum tuorum ad regenerationis gloriam per-
venire mereatur. Per Christum Dominum
nostrum. **R.** Amen.

Oremus. **O**ratio.

DEus, qui humani generis ita es conditor, ut
fis etiam reformator, propitiare populis
adoptivis, & novo testamento sobolem novæ
prolis adscribe: ut filii promissionis quod non
potuerunt assequi per naturam, gaudeant se
recepisse per gratiam. Per Christum Domi-
num nostrum. **R.** Amen.

Tunc imponit manum super caput Electi, & dicit:

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, Pater Do-
mini nostri Jesu Christi, respicere digne-
ris super hunc famulum tuum **N.** (vel hanc
famulam tuam **N.**) quem (quam) ad rudi-
menta fidei vocare dignatus es; omnem
cæcitatem cordis ab eo (eâ) expelle, dif-
rumpe

rumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: (colligata) aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, (imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Ecclesiâ tuâ deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, perceptâ medicinâ. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Si plures sint, hæc, & præcedens Oratio, **P**reces nostras. dicantur in numero plurali.

Deinde Sacerdos benedicit sal.

Benedictio salis dandi Catechumeno.

EXorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis **✠**, & in charitate Domini nostri Jesu Christi **✠**, & in virtute Spiritûs sancti **✠**. Exorcizo te per Deum vivum **✠**, per Deum verum **✠**, per Deum sanctum **✠**, per Deum **✠**, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos

vos

vos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices **✠**, & benedicendo benedicas **✠**, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

R. Amen.

Tunc pollice & indice accipit de ipso sale, & immittit in os Catechumeni, dicens:

N. Accipe sal sapientiæ; propitiatio tibi sit in vitam æternam. **R.** Amen. **Sacerdos.** Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum **N.** (vel hanc famulam tuam **N.**) respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem, non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo expleatur

pleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini ferviens. Perduc eum (eam) Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si plures sint, dicatur singulis: **N.** Accipe sal, &c. & præcedens Oratio, **D**eus Patrum nostrorum. in numero plurali.

Quòd si Catechumenus fuerit Gentilis, seu ex Idololatriis venerit ad Fidem, benedicto sale, priusquam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, dicens:

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes usque in finem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendi potest: te supplices invocamus super hunc famulum tuum **N.** (vel hanc famulam tuam **N.**) quem (quam) liberaisti de errore gentilium, & conversatione turpissimâ: dignare exaudire eum, (eam) qui (quæ) tibi cervices suas humiliat ad lavacri fontem, ut renatus (renata) ex aquâ & Spiritu sancto, exspolia-

spoliatus (exspoliata) veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est; accipiat vestem incorruptam & immaculatam, tibi que Deo nostro fervire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Si plures sint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali. Deinde Sacerdos dicat super masculinum tantum: **O**ra Electe, flecte genua, & dic Pater noster. **Außerwehltet / knie nieder / und bette das heilige Vatter unser.** Et Electus genu flexo orat, & dicit: Pater noster. Et cum oraverit, & dixerit Pater noster, usque ad Sed libera nos à malo, inclusivè, Sacerdos subjungit: **L**eva, comple orationem tuam, & dic Amen. **Stehe auff / vollende dein Gebett / und sprich: Amen.** Et ille respondet: Amen. Et Sacerdos dicit Patri no: **S**igna eum. **Bezeichnet ihne mit dem heiligen Creuß.** Deinde Electo: **A**ccede. **Komme herbey.** Et Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens: **I**n nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. **Im Nahmen & Dittes des Vatters / und des Sohns / und des heiligen Geists.** Tum quoque Sacerdos facit Crucem in fronte ejus, ita dicendo: **I**n nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

Et imponit manum super eum, & dicit:

Oremus. Oratio.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moyfi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israël de terrâ Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus, Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum **N.** (vel hanc famulam tuam **N.**) & perduc eum (eam) ad gratiam Baptismi tui. Per Christm Dominum nostrum. **R.** Amen.

EXORCISMUS.

ERgo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto: & recede ab hoc famulo Dei **N.** (vel ab hâc famulâ Dei **N.**) quia istum (istam) sibi Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontemque Baptismatis, vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ Crucis **✠**, quod nos fronti
ejus

ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos; & sæculum per ignem.

R. Amen.

Sed si plures sint Catechumeni, hîc, & in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali: **O**rate Electi, flectite genua, &c. ut suprâ, usque ad finem præcedentis Exorcismi, qui incipit: **E**rgo maledicte diabole. Item super unum secundo dicat: **O**ra Electe, flecte genua, & dic Pater noster. & reliqua ut suprâ fol. 77. usque ad Orationem **D**eus Abraham. exclusivè. deinde imponit manum super eum, ac dicit:

Oremus.

DEus immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum; te invoco super hunc famulum tuum **N.** qui Baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, Petite, & accipietis; quærite, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis: petenti præmium porrige, & januam pande
pul-

pulsanti, ut æternam cælestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum.

℞. Amen.

EXORCISMUS.

AUdi maledicte satana, adjuratus per nomen æterni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi Filii ejus, cum tuâ victus invidiâ tremens gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo (serva) Dei **N.** jam cælestia cogitante, renunciaturo (renunciatura) tibi, & sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro (victura) Da igitur honorem adveniēti Spiritui sancto, qui ex summâ cæli arce descendens, proturbatis fraudibus tuis, divino Fonte purgatum pectus, sanctificatum Deo templum & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxiis præteritorum criminum liberatus servus (liberata famula) Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen sanctum ejus in sæcula sæculorum. **℞.**

Amen.

Item super unum masculum tertio dicat, ut supra. **O**ra
Electe, flecte genua, & dic Pater noster, &c.
 usque ad Orationem: **D**eus Abraham, exclusivè. deinde
 imponit manum super eum dicens:

EXORCISMUS.

EXorcizo te immunde spiritus, in nomine
 Patris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs **✠** sancti, ut
 exeas & recedas ab hoc famulo Dei **N.** ipse
 enim tibi imperat, maledicte diabole atque
 damnate, qui pedibus super mare ambulavit,
 & Petro mergenti dexteram porrexit.

EXORCISMUS.

Ergo maledicte diabole &c. & repetit totum,
 ut supra habetur, fol. 78. Super foeminam verò Sacerdos dicit:
Ora Electa, flecte genua, & dic Pater noster,
 &c. ut supra usque ad Orationem: **D**eus Abraham,
 exclusivè. Deinde imponit manum super eam, & dicit:

Oremus. **O**ratio.

Deus cæli, Deus terræ, Deus Angelorum,
 Deus Archangelorum, Deus Patriarcha-
 rum, Deus Prophetarum, Deus Apostolo-
 rum, Deus Martyrum, Deus Confessorum,
 Deus Virginum, Deus omnium benè viven-
 L tium:

tium: Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum: te invoco Domine, super hanc famulam tuam. **N.** ut eam custodire, & perducere digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde dicatur Exorcismus. **E**rgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, &c. ut suprâ fol. 78.

Si plures fuerint faminæ Catechumenæ, hîc & in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali. **O**rate Electæ, flectite genua, & dicite Pater noster. & reliqua ut suprâ, usque ad Orationem: **D**eus Abraham, exclusivè. deinde imponit manum super capita singularum, & postea in eodem numero plurali dicit Orationem: **D**eus cæli, Deus terræ, &c. & Exorcismum. **E**rgo maledicte diabole, &c. ut suprâ fol. 78.

Interim super unam tantum, secundò & tertio repetit: **O**ra Electa, flecte genua, & dic Pater noster. & reliqua, ut suprâ fol. 77. usque ad finem Orationis: **D**eus Abraham. quâ finitâ imponit manum super caput ejus, & post tertiam signationem dicit:

EXORCISMUS.

EXorcizo te immunde spiritus, per Patrem
trem

trem **✠**, & Filium **✠**, & Spiritum **✠** sanctum, ut exeas & recedas ab hâc famulâ Dei **N.** ipse enim tibi imperat, maledicte, qui cæco nato oculos aperuit, & quatruiduanum Lazarum de monumento suscitavit. Ergo maledicte diabole, &c. totum ut supra fol. 78.

Super utrumque sive masculum, sive foeminam, imponit manum super caput ejus, & dicit:

Oremus.

A Ternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum **N.** (vel hanc famulam tuam **N.**) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ : munda eum (eam) & sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus (digna) efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (apta) sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Si plures fuerint Electi, sive mares, sive foeminæ, præcedentes Orationes & Exorcismi dicantur in numero purali, & in genere proprio, ut superius dictum est.

His peractis, Sacerdos sinistrâ manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam, dicens: **N. Ingredere** in sanctam Ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem cælestem à Domino Jesu Christo, & habeas partem cum illo, & Sanctis ejus.

R. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali: **I**ngredimini in sanctam Ecclesiam Dei, &c. & introducat eos, ut suprâ.

Et ingressus Electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, & adorat.

Deinde surgit, & Sacerdos imponit manum super caput ejus, & Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam.

Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, & simul recitant:

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Jesum Christum, filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Mariâ virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos: tertiâ die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum,

ctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam, Amen.

PAter noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terrâ. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo, Amen.

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput

Electi, & dicat:

EXORCISMUS.

NEc te latet, satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diem supplicii sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque universis angelis tuis præparatus sempiternus erit interitus. Proinde damnate, atque damnande, da honorem Deo vivo & vero, da honorẽ Jesu Christo Filio ejus, da honorem Spiritui sancto paraclito, in cuius nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque es

spiritus immunde, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei **N.** (vel ab hâc famulâ Dei **N.**) quem (quam) hodie idem Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem, Fontémque Baptismatis dono vocare dignatus est ; ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, & dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis, & genere suo.

Postea Sacerdos pollice accipit de salivâ oris sui, & tangit aures & nares Electi : tangendo verò aurem dextram & sinistram, dicat :

Ephphetha, quod est, Adaperire.

deinde tangendo nares, dicat :

In odorem suavitatis.

& subdit :

Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Deinde interroget Electum :

Quis vocaris ?

Wie heissestu ?

Et ipse respondet. **N.**

S. Interrog. N. Abreuntias Satana?

Widersagstu dem Teuffel?

R. Abrenuntio.

Ich widersag.

S. Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Wercken?

R. Abrenuntio.

Ich widersag.

S. Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffart?

R. Abrenuntio.

Ich widersag.

Tunc Sacerdos intingat pollicem dextræ manûs in Oleo sancto Catechumenorum, & inungat Electum primùm in pectore, deinde inter scapulas, in modum Crucis, dicens:

Ego te linio Oleo salutis **✠** in Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam,

R. Amen.

S. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo. Mox bombacio vel re simili tergat pollicem & loca inuncta, & subjungat dicens: **E**xi immunde spiritus, & da honorem Deo vivo & vero. Fuge immunde spiritus, & da locum Jesu Christo filio ejus. Recede

im-

immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto paraclito.

Quando plures sunt Electi, idem fit circa singulos eorum. Et ducitur Electus ad Baptisterium: ubi si ob aliquam causam non habeatur, sive præparata non fuerit aqua Baptismalis, fiat benedictio Fontis, ut infra ponitur. Et cum fuerit propè Fontem, Sacerdos interroget:

Quis vocaris?

Wie heissestu?

Respondet **N**.

S. **C**redis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

Glaubstu in Gott Vatter Allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden?

R. **C**redo.

Ich glaub.

S. **C**redis & in Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum & passum?

Glaubstu auch in Jesum Christum seinen einigen Sohn / unsern Herrn / der geboren ist und gelitten hat?

R. **C**redo.

Ich glaub.

S. **C**redis & in Spiritum sanctum, sanctam

Etiam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubstu auch in den **H.** Geist/ ein heilige allgemeine Kirchen/ Gemeinschaft der Heiligen/ Ablass der Sünden/ Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Credo.

Ich glaub.

Iterum interrogat, dicens: **N.** Quid petis?

Was begehrest du?

R. Baptismum.

Den Lauff.

S. Vis baptizari?

Wilstu getaufft werden?

R. Volo.

Ich will.

Tunc Patrino, vel Matrinâ, vel utroque (si ambo admittuntur) admotâ manu, tenente seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, & laxatis à collo vestibibus inclinatum, Sacerdos vasculo vel urceolo, haurit aquam Baptistalem de fonte, & cum eâ sub trinâ supra caput in modum Crucis infusione baptizet Electum, seu Electam, in nomine SS. Trinitatis, sic dicens:

Ego te baptizo in nomine Patris **✠**, fundat primò; & Filii **✠**, fundat secundo; & Spiritûs **✠** sancti. fundat tertio.

Cùm plures sunt Electi, singulatim singuli interrogantur, & baptizantur, ut supra. Si sunt mares & fœminæ, primùm mares, deinde fœminæ. Verùm si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit aliàs baptizatus, dicat Sacerdos:

Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs **✠** sancti.

Deinde Sacerdos intingat pollicem dextrum in sacrum Chrisma, & perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens:

DEus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aquâ & Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat Chrismate salutis **✠** in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. **R.** Amen. **V.** Pax tecum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Tunc bombacio, vel re simili pollicem tergat, & imponat capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, & det illi vestem candidam, dicens:

Accipe vestem candidam & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. **R.** Amen.

Et Electus deponat Priores vestes, & induatur novis albi coloris, vel saltem exteriore candidâ, quam à Sacerdote acce-

accepit. Postea det ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextrâ, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei in aulâ cælesti in vitam æternam. *ꝛ.* Amen.

Ipse verò Neophytus eundem cereum accensum manibus teneat usque in finem, præterquam dum confirmatur.

Postea dicat: **N.** Vade in pace, & Dominus sit tecum. *ꝛ.* Amen.

Si adsit Episcopus, qui id legitimè præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur: deinde si hora congruens fuerit, celebratur Missa, cui Neophyti intersint, & sanctissimam Eucharistiam devotè suscipiant.

Ordo supplendi omiſſa super baptizatum.

Cum urgente mortis periculo, vel aliâ cogente necessitate, siue parvulus siue adultus, sacris precibus ac cæremoniis prætermiſſis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, & ad Ecclesiam delatus fuerit, omiſſa omnia suppleantur: idemque ordo ac ritus servetur, qui in Baptismo parvulorum (si fuerit parvulus,) seu adultorum (si fuerit adultus) præscriptus est. Excepto quòd interrogatio, An velit baptizari, formaque Baptismi, & ablutio prætermittuntur, & quædam Orationes, & Exorcismi suo quique loco immutati, ut infra, dicuntur.

Sacerdos igitur antequam immittat salem in os baptizati, manum super caput ejus imponens. dicit:

Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiternè Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum **N.** (hanc famulam tuam **N.**) quem (quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (eâ) expelle, dirumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus, (colligata) aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, (imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Ecclesiâ tuâ deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) sit frui gratiâ Baptismi tui, quem suscepit, salis perceptâ medicinâ. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

(Deinde posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens : **A**ccipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam. **R.** Amen. dicat:

Oremus.

DEus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus,

ut

ut hunc famulum tuum **N.** (hanc famulam tuam **N.**) respicere digneris propitius, ut hoc pabulum salis gustantem non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo expleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens, & quem (quam) ad novæ regenerationis lavacrum perduxisti, quæsumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Post hæc facto signo Crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc signum Crucis **✠** quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Manu super caput ejus impositâ dicat:

Oremus.

ÆTernam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum **N.** (hanc famulam tuam **N.**) ut digneris eum (eam) il-

luminare lumine intelligentiæ tuæ , munda eum (eam) & sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus (digna) sit frui gratiâ Baptismi tui, quem suscepit ; teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam , ut aptus (apta) sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

In Baptismo autem adultorum, præter illa quæ supra notata sunt, quando supplentur omissa, hæc mutari debent. Primum in exorcismo: **Audi maledicte satana**, ubi dicitur (habitaculum perficiat) dicatur habitaculum perfecit. deinde in Exorcismo: **Nec te latet** ubi dicitur (ut fiat) dicatur ut fieret.

Ritus servandus, cum Episcopus baptizat.

SI Episcopus parvulos vel adultos baptizare voluerit, parentur & servantur omnia, ut superius de ordine Baptismi dictum est, atque hæc præterea, quæ infra notantur.

Ad sint Cappellani, vel alii Presbyteri, & Clerici superpellicis induti, qui ei assistant ac ministrent.

Ipse verò super rochetum sive superpellicem (si est Regularis) accipiat albam, & cingulum, & stolam, & pluviale violacei coloris, ac mitram ? atque ita paratus cum ministris procedat ad Baptismi ministerium. Et dum interrogat. **N.**

Quid petis ab Ecclesiâ Dei ? ac dum facit reliquas interrogationes, sedeat cum mitrâ. cum verò exsufflat, dicent-

dicendo, **E**xi ab eo immunde spiritus, surgat cum mitrâ. Rursus sedeat, cum signat Catechumenum signo Crucis in fronte, & in pectore, vel dicit: **A**ccipe signum Crucis &c. & cum dicit Orationes, quæ præcedunt, vel sequuntur benedictionem salis, surgit depositâ mitrâ similiter cum ipsum sallem benedicit. Cum autem sallem benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit, & sedet. Cum verò legit Exorcismos, & dum salivâ aures & nares Catechumeni tangens dicit: **E**phpheta, ac dum introducit eum in Ecclesiam, stat cum mitrâ. Cum autem dicit: **C**redo in Deum Patrem, &c. & **P**ater noster &c. super Catechumenum, stat sine mitrâ. Sed cum nomen quærit, & interrogat: **N.** Abrenuntias satanæ &c. & baptizandum Oleo sacro in pectore & inter scapulas inungit, sedet cum mitrâ: quo facto accipit stollam, & pluviale album. Et cum rursus interrogat de Fide, **C**redis in Deum &c. **V**is baptizari &c. & cum baptizat per infusionem, sedet cum mitrâ. Si verò baptizat per immersionem, mitram retinens stare debet.

Cum demum Chrismate verticem baptizati linit, & dat ei vestem candidam, & candelam accensam, ac dicit: **V**ade in pace &c. sedet cum mitrâ.

Si autem Pontifex quempiam à Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium deventum fuerit, dicens: **Q**uo nomine vocaris? **R.** **N.** Episcopus interrogat: **N.** **C**redis in Deum Patrem omnipotentem &c. & prosequitur usque in finem juxta ordinem Baptismi, ut supra fol. 88.

Bene-

Benedictio Fontis Baptismi extra Sabbatum

*Paschæ & Pentecostes, cum aqua consecrata non
habetur.*

Primum lavatur & mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Cruce & duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo, & incenso, & cum vasculis Chrismatis & Olei Catechumenorum descendit ad Fontem, & ibi vel ante Altare Baptisterii, dicit Litaniam ordinariam, prout habetur infra post Septem Psalmos Pœnitentiales.

Et ante **ꝛ. Ut nos exaudire digneris**, dicat & secundò repetat sequentem versum:

Ut Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere **✠** & consecrare **✠** digneris, **T**erogamus audi nos.

Potest etiam dici Litania brevior, ut in Missali in Sabbato sancto: & dicto ultimo **K**yrrie eleison. Sacerdos dicat,

Pater noster, & **C**redo in Deum, &c. omnia clara voce: quibus finitis dicat: **A**pus te Domine est fons vitæ. **ꝛ. Et in lumine tuo videbimus lumen.**

ꝛ. Domine exaudi orationem meam. ꝛ. Et clamor meus ad te veniat. ꝛ. Dominus vobiscum. ꝛ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis, adesto Sacramentis,

mentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Exorcismus aquæ.

EXorcizo te creatura aquæ, per Deum vivum **H**, per Deum verum **H**, per Deum sanctum **H**, per Deum, qui te in principio, verbo separavit ab aridâ, cujus super te spiritus ferebatur, qui te de paradiso manare iussit.

Hic manu aquam dividat, & deinde de eâ effundat extra marginem Fontis versus quatuor Orbis partes, prosequens:

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit: qui te in deserto amaram per lignum dulcem fecit atque potabilem; qui te de petrâ produxit, ut populum, quem ex Ægypto liberaverat, siti fatigatum recrea-

ret. Exorcizo te & per Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui te in Cana Galilææ signo admirabili suâ potentia convertit in vinum: qui super te pedibus ambulavit, & à Joanne in Jordane in te baptizatus est: qui te unâ cum sanguine de latere suo produxit, & discipulis suis jussit, ut credentes baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti; ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat sordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare & effugare ab hac creaturâ aquæ, ut qui in ipsâ baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *ꝛ.* Amen.

*O*remus. *Oratio.*

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne
Deus,

Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostræ respicere digneris, & super has aquas abluendis & purificandis hominibus præparatas, Angelū sanctitatis emittas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterſo, purum sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritūs sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram **Ψ** deinde imponit incensum in thuribulo, & Fontem incensat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum Crucis, clarâ voce dicit:

Sanctificetur, & foecundetur Fons iste Oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris **♃**, & Filii **♃**, & Spiritūs **♃** sancti. *R.* Amen.

Deinde infundat de Chrismate, modo quo supra, dicens: **I**nfusio Chriftatis Domini Jesu Christi, & Spiritūs sancti paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. *R.* Amen.

Postea accipiat ambas ampullas dicti Olei sancti & Chriftatis,

maticis, & de utroque simul in modum Crucis infundendo, dicat:

Commixtio Chrismatis sanctificationis, & Olei unktionis, & aquæ Baptismatis pariter fiat in nomine Patris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs **✠** sancti. **R.** Amen.

Tum depositâ ampullâ, dexterâ manu Oleum sanctum & Chrisma infusum misceat cum aquâ, & spargat per totum Fontem. Deinde medullâ panis manum tergat, & si quis baptizandus est, eum baptizet, ut suprâ. Quod si neminem baptizet, statim manus abluat, & ablutio effundatur in Sacrarium.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Cum hujus Sacramenti collatio propria sit Episcoporum, hinc impertinens foret ejus ritum hic inserere, non erit tamen alienum, aliqua ponere, quæ Parochos circa hoc Sacramentum scire, servare, & docere oportet.

Est igitur Confirmatio verum & propriè dictum Novæ Legis Sacramentum, quo baptizatus homo ex Christi institutione per chrysmatis in fronte unktionem sub præscriptâ verborum formâ ab Episcopo factam, spiritualis gratiæ augmentum & robur accipit. Ita Trid. sess. 7. de Confirm.

Materia hujus Sacramenti est chrisma, quod ex oleo & balsamo solemnî Episcopi consecratione conficitur, atque id non omni, & quovis tempore, sed statò, sacro, solemnique die Cœnæ Domini. Forma sunt hæc verba ab Episcopo, dum baptizati frontem inungit, prolata. *Signo te signo crucis, & confirmo te chrysmate salutis in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti.* Minister ordinarius est solus Episcopus. Effectus est augmentum gratiæ, quæ in Baptismo collata est, adeò ut quis timore & pudore deposito gaudeat etiam pro nomine Jesu contumeliam ac persecutionem pati. Item character in animâ

animâ Confirmati impressus. Unde Confirmatio semel ritè suscepta iterari sine sacrilegio non potest.

Differentiam Confirmationis & Baptismi pulchrè expressit Melchiades Papa in Epistolâ ad Episcopos Hispaniæ dicens: *In Baptismo homo ad militiam recipitur, in Confirmatione ad pugnam armatur; in Baptismo abluimur, in Confirmatione roboramur; Baptismus regenerat ad vitam, Confirmatio instruit & armat ad agones & victoriam quam virtutem morientes potissimum experiri solent.*

Tria potissimum in sacramenti hujus administratione facit Episcopus. I. Signum Crucis cum sacro Chrismate frontibus imprimit; quod est symbolum militiæ Christianæ. II. alapam maxillæ confirmati leniter infligit, ut intelligat, pro Christi nomine omnia adversa constanter esse perferenda. III. pacem optat eidem, ut sciat se cœlestis gratiæ plenitudinem ac pacem, quæ omnem sensum exuperat, accepisse.

Officium Parochi circa Sacramentum hoc paulò ante vel in ipso administrationis actu.

Cum intellexerit Parochus, velle Episcopum Confirmationis Sacramentum in suâ Parochiâ administrare, monebit tempestivè populum, eumque pro suggestu instruet, de dignitate, utilitate, institutione, effectibus, Cæremoniis, ad hoc sacramentum pertinentibus.

Exhortabitur item universos nondum Confirmatos, ne hanc istius pretiosi thesauri occasionem, quæ quotidiana non est, negligent, præsertim patres-familias instigabit, ut filios filiâsque ac domesticos suos promptè adducant.

Docebit etiam, quamvis non certam semper ætatem, & annos, quos vocant discretionis, in pueris, ad hujus sacramenti susceptionem expectare debeant; nihilominus tamen ante septennium non facilè quemquam ad Confirmationem sistendum esse.

Persuadebit omnibus, præsertim adultis, ut, si fieri possit, je-

juni atque à peccatorum sordibus per Confessionem, vel saltem contritionem purgati accedant, ne fructu & gratiâ tanti sacramenti priuentur.

Cùm, ut supra dictum est, sacramentum hoc Confirmationis characterem indelebiter in animâ imprimat, severissimè illis interdicit, ne quis iteratò illud suscipere præsumat, gravissimum aliàs sacrilegii scelus, & debitas utriusque fori poenas inevitabiliter incururus.

Confirmandus autem unum tantùm sibi deligat patrinum, alium ab eo, à quo è Baptismo susceptus fuerat; si tamen ita necessitas cogeret, idem tam in Baptismo quàm in Confirmatione patrinus esse posset.

Patrinus esse non potest, qui ipse prius confirmatus non est, aut qui qualitatibus illis impeditur, quæ in Sacramento Baptismi de Patrinis explicatæ sunt.

Contrahunt Patrini cognationem spiritualem cum confirmato, ac vero ejus patre ac matre, non secùs ac in Baptismo fieri diximus: talisque cognatio matrimonium inter dictas personas tam contrahendum impedit, quàm contractum dirimit; hinc consultum non est, præsertim in locis angustis & solitariis, ut quis multos, maximè paris conditionis ad Confirmationem adducat.

Monebit eosdem, ut cum devotione, reverentiâ, attentione, sine rumore, ac strepitu accedant, frontem, si sudore sit madida, strophiole extergant, & dum ante Episcopum genua flectunt, manus conjunctim attollant, patrini nomina eorum quos præsentant, Episcopo tempestivè indicent, & manum dextram super humerum dextrum, dum confirmatur, teneant.

Acepto Confirmationis sacramento frons Confirmati per Patrinum fasciâ mundâ liganda est, ob reverentiam sacri Chris-
matis, quam ubi in tertiam usque diem confirmatus gestavit, Patrinus vel alius quispiam (consultius tamen foret si esset Sacerdos vel Religiosus) deponet, frontem abluens ad modum infrà
præ-

præscribendum. In ligandâ tamen vel dissolvendâ ejusmodi fasciâ nulla spiritualis affinitas contrahitur.

Præmoneantur etiam per Parochum consignandi, ut ex templo non recedant, nisi ultimâ Episcopi benedictione acceptâ.

Moneat Parochus patrilinos, ut instruant consignandos bonis moribus, ut fugiant mala, & faciant bona, doceantque eos Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & reliqua fidei rudimenta.

Parochianos suos sancto hoc Confirmationis Sacramento signatos, sive intra, sive extra Parochiam, in libero distincto descriptos habeat, & in hunc finem, ut se se nominent & influent, ex suggestu moneat, certumque tempus inscribenti, v. g. diem Dominicam, vel festivam designet, omnia autem gratis fiant.

Dies, quibus sacramentum Confirmationis in Ecclesiâ Metropolitanâ Moguntinâ confertur, sunt feria 2. & 3. Pentecostes, ac Dominica SS. Trinitatis, horis ante & pomeridianis; Quare Parochi ante dictos dies tempestivè promulgabunt, populùmque sibi subjectum ad illud devotè suscipiendum instruent & exhortabuntur.

Modus quo fascia deponitur, & frons Confirmati abluitur.

Peracto triduo (si in puerili ætate sit confirmatus, adulto enim eodem die fascia deponi potest) fundat patrilinus vel alius aquam in pelvim, & si Sacerdos sit, dicat sequentia.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit coelum & terram.

V. Sit Nomen Domini benedictum.

R. Ex

R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Hic mittat fasciam quâ frons fuit ligata in aquam eâque madafactâ frontem Confirmati abluat adhibito modico sale, idque in modum Crucis, dicatque:

Ab omni immunditiâ mentis & corporis mundet te Dominus noster Jesus Christus: In Nomine Patris & Filii, & Spiritûs sancti.

R. Amen.

Deinde addet:

Hæc sacri Chrismatis ablutio sit tibi militiæ Christianæ assecuratio, ut habeas vitam æternam in Christo Jesu Domino nostro.

R. Amen.

Pax tecum **✠** vade in pace. **R.** Amen.

Factâ ablutione comburatur fascia interior, mittanturque cineres cum aquâ in cœmeterium, vel supra ossa mortuorum, vel in profluentem. Cavendum autem est, ne in sterquilinum, vel in coenum, aut alium immundum locum effundatur hæc aqua ob sacri Chrismatis reverentiam.

Die Leyen und die Jenigen so nicht Latein verstehen/ mögen auff diese Weiß den Chrysam/ oder Firmung abwaschen.

Erstlich soll der Firm-Patt oder Firm-Doth ein frisch reines Brunnen-Wasser/ es sey kalt oder warm/ in ein Becke/ oder sonst sauberes Geschier giessen/ und dann die Binden/ damit dem Befirmten die Stirn gebunden gewesen/ auflösen/ und in das

giessen/und dann die Binden/ damit dem gefirmten die Stirn gebunden gewest/ auflösen/ und in das wasser dauchen. Darnach die nasse Binden ein wenig außstrucken/ und dem Gefirmten ein Kreuz damit an die Stirn/ da der Bischoff den heiligen Chrysamb ihm angestrichen/machen und sprechen:

Im Namen Gott des Vatters/und des Sohns/ und des heiligen Geistes. Amen.

Gott der himmlische Vatter wolle dich reinigen von aller Unreinigkeit der Seelen und des Leibs/ auff daß du haben mögest das ewige Leben/ durch Christum Iesum unsern Herrn. Amen.

Nach dem die Abwaschung der Firmung also geschehen/ soll das Wasser auff den Kirchhoff/ oder in ein Beinhauß geschütt werden. wo aber deren keines vorhanden wäre/ soll mans in ein fließendes Wasser außgiessen/ uud nicht etwan auff den Mist/ oder sonst an ein unsauberes Orth/ und dieses von wegen der Würdigkeit des H. Chrysams.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Sanctum Poenitentiae Sacramentum, ad eos qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, à Christo Domino institutum, eò diligentius administrandum est, quò frequentior est eius usus, & quò plura requiruntur ad illud rectè dignèque tractandum ac suscipiendum.

Cùm autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, & minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima verò sunt actus poenitentis, nempe contritio, confessio & satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: *Ego te absolvo, &c.* Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absolvendi vel ordinariam vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatúsque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest à quibuscumque censuris & peccatis absolvere. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretæ confessionis sub exacto perpetuoque silentio. Quibus & alijs ad id opportunis ut optimè sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter & medici personam sustinere, ac divinæ justitiæ simul & misericordiæ ministrum à Deo constitutum esse, ut tanquam arbiter inter Deum & homines, honori divino & animarum saluti consulat.

Ut ergo rectè judicare queat, discernens inter lepram & lepram, & tanquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, & apta cuique remedia applicare sciat, quantum potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis Auctoribus, præsertim è Catechismo Romano, & prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem rectè nosse studebit, & alia ad eius rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

Ordo ministrandi Sacramentum Poenitentia.

Sacerdos ad audiendam confessionem vocatus, promptum facilemque se præbeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium rectè sanctéque obeundum, divinum auxilium pijs precibus implorabit.

In Ecclesiâ, non autem in privatis ædibus confessiones audiat, nisi ex causâ rationabili; quæ cùm inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco præstare.

Habeat in Ecclesiâ sedem confessionalem, in quâ sacras confessiones excipiat: quæ sedes patenti, conspicuo, & apto Ecclesiæ loco posita, crate perforatâ inter pœnitentem & Sacerdotem sit instructa.

Superpelliceo & stolâ utatur, illius coloris, quæ tempus exigit.

Pœnitens, si opus fuerit, admoneatur, ut quâ decet humilitate mentis & habitûs accedat, flexis genibus signo Crucis se muniat.

Mox Confessarius inquireat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) & quàm pridem sit confessus, & an impositam pœnitentiam adimpleverit, num ritè atque integrè aliàs confessus fuerit, num conscientiam suam, ut debet, priùs diligenter discussit.

Quòd si pœnitens aliquâ censurâ vel casu reservato sit ligatus, à quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi priùs obtentâ facultate à Superiore.

Si verò Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta; si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis Fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam eius corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

Tum pœnitens confessionem generalem Latinâ vel vulgari linguâ dicat; scilicet, *Confiteor*, &c. vel saltem utatur his verbis: *Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater*. Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit, Sacerdote: qui confitentem non reprehendet, nisi finitâ, ut dicitur confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere: proinde fiduciam ei præbeat, & humaniter suggerat ut omnia peccata sua ritè & integrè confiteatur, remotâ stultâ illâ quorundam verecundiâ, quâ præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexûs, vel alios, de eo quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

Demum, auditâ confessione, perpendens peccatorum quæ ille admisit magnitudinem ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac poenitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paternâ charitate adhibebit, & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac meliùs instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

Postremò salutarem & convenientem satisfactionem, quantum spiritus & prudentia suggererit, injungat, habitâ ratione statûs, conditionis, sexûs & ætatis, & item dispositionis poenitentium; Videatque ne pro peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat: ne si fortè peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id verò ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantùm ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis poenitentias injungat: veluti avaris elemosynas, libidinosis jejunia vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rariùs autem vel seriùs confitentibus, vel in peccata facilè recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpè, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, & si expediat, communicent.

Poenitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent, neque à poenitentibus quidquam tanquam ministerii sui præmium petant vel accipiant.

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam poenitentiam non imponant.

Videat autem diligenter Sacerdos quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio; ne absolvat eos,

eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris, (extra casum impossibilitatis) qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publicè satis faciant, & scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata; qualia in hâc Dioecesi sunt:

I. Homicidium voluntarium.

II. Stuprum violentum.

III. Crimen incendiariorum.

Si verò quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis & censuris, quantumvis reservatis; (cessat enim tunc omnis reservatio) sed priùs, si potest, cui debet, satis faciat: ac si periculum evaserit, & aliquâ ratione Superiori, à quo aliàs esset absolvendus, se sistere teneatur; cùm primùm poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.

Quòd si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægrum deficiat, nutibus & signis conetur, quoad fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se sive per alios ostenderit, absolvendus est; Uti & illi, qui Catholicè vixit, & apoplexiâ vel alio morbo tactus in periculum mortis incidit, etsi nullum signum contritionis dederit, modo constet eum Christianè vixisse, sub conditione (saltem mente retentâ) eadem absolutio sacramentalis non est neganda.

Meminerit porrò Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem aut laboriosam poenitentiam; sed indicendam tantùm illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliquâ oratione, aut levi satisfactione impositâ & acceptatâ, absolvantur, prout opus fuerit.

Benedictio Sacerdotis ad ingressum poenitentis in Confessionale.

Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut dignè & competenter confitearis peccata tua in nomine Patris & Filii **✠** & Spiritûs sancti, Amen.

Absolutionis forma.

Cùm igitur poenitentem absolvere voluerit, injunctâ ei prius, & ab eo acceptatâ salutari poenitentiâ, primò dicat:

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam, Amen.

Deinde dextrâ versus poenitentem elevatâ, dicat:

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat: & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Deinde ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Si Poenitens sit laicus, omittitur verbum, **suspensionis.**

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatæ Mariæ virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus & brevioribus omitti potest, **M**ilereatur, &c. satis erit dicere: **D**ominus noster Jesus Christus, &c. ut supra usque ad illud, **P**assio Domini, &c.

Urgente verò aliquâ gravi necessitate in periculo mortis breviter dicere poterit:

Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis, in nomine Patris, &c.

De absolutione ab Excommunicatione in foro exteriori.

Si potestas absolvendi ab excommunicationis sententiâ Sacerdoti commissa fuerit à Superiore, & in mandato certa forma sit præscripta, illa omninò servanda est: si verò in mandato seu commissione dicitur: *In formâ Ecclesiæ consueta absolvat*; hæc servanda sunt.

Primò, ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, priùs, si potest, satisfaciat. Quòd si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare non potest, juret se, cùm primùm poterit, satisfacturum.

Secundò, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ec-
cle-

clesiæ, quæ illi fient pro tali causâ: ac præcipuè, ne deinceps delinquat contra illum Canonem vel decretum, contra quod faciendo, censuram incurrit.

Denique hunc absolvendi ritum observabit.

Pœnitentem coram se utroque genu flexo, in humero (si vir fuerit) usque ad camisiam exclusivè denudato, virgâ aut funiculis sedens leviter percutiat, dicendo totum Psalmum **Miserere mei Deus, &c.** cum **Gloria Patri, &c.** Deinde surgat, & aperto capite dicat: **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. R.** Sed libera nos à malo. **V.** Salvum fac servum tuum, (vel salvam fac ancillam,) **Domine. R.** Deus meus sperantem in te. **V.** Nihil proficiat inimicus in eo (vel in eâ) **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. **V.** Esto ei Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis sententia constringit, miseratio tuæ
pieta-

pietatis clementer absolvat. Per Christum
Dominum nostrum. *R.* Amen.

Mox sedeat, & cooperto capite dicat:

Dominus noster Jesus Christuste absolvat:
& ego auctoritate ipsius, & sanctissimi Do-
mini nostri Papæ (vel Reverendissimi Epif-
copi **N.** vel talis Superioris) mihi commissâ, ab-
solvo te à vinculo excommunicationis, in
quam incurristi (vel incurrisse declaratus es)
propter tale factum, vel causam, &c. & resti-
tuo te communioni & unitati fidelium & san-
ctis Sacramentis Ecclesiæ, in nomine Patris **✠**,
& Filii, & Spiritûs sancti.

Quòd si Sacerdoti nulla sit à Superiore præscripta forma,
nec sibi mandatum, ut in formâ Ecclesiæ communi vel con-
suetâ absolvat, tunc nihilominus pro rei gravitate prædictam
cæremoniam & Preces adhibeat: at verò si res non fuerit adeò
gravis, absolvere poterit, dicens:

Dominus noster Jesus Christuste absolvat:
& ego auctoritate ipsius, & sanctissimi Domini
nostri Papæ (si à Papa fuerit delegatus) (vel Reveren-
dissimi Episcopi **N.** vel talis Superioris) mihi
concessâ, absolvo te, &c. ut suprâ.

In foro autem interiori Confessarius habens faculta-
tem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta for-
mam communem suprâ præscriptam in absolutione Sacra-
mentali.

Ritus absolvendi excommunicatum jam mortuum.

Siquis excommunicatus ex hâc vitâ decedens dederit signum contritionis, ne Ecclesiasticâ careat sepulturâ, sed Ecclesiæ suffragiis, quatenus fieri potest, adjuvetur, absolvi potest hoc modo.

Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, & absolvatur, ut infra; deinde absolutum in loco sacro sepeliatur.

Si verò fuerit sepultum in loco profano, si commodè fieri poterit, exhumabitur, & eodem modo verberabitur, & post absolutionem in loco sacro sepelietur: sed si commodè exhumari non potest, locus sepulturæ verberetur, postea absolvatur.

Quòd si in loco sacro sit sepultus, non exhumabitur, sed verberabitur sepulchrum. Dum autem corpus, sive sepulturam verberat, Sacerdos dicat Antiph. **E**xultabunt Domino ossa humiliata. Psalm. **M**iserere mei Deus &c. Quo factò absolvatur, dicendo: **A**uctoritate mihi concessâ, ego te absolvo à vinculo excommunicationis, quam incurristi (vel incurrisse declaratus es) propter tale factum, & restituo te communioni fidelium, in nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen. Deinde dicatur Psalmus, **D**e profundis. in fine. **R**equiem æternam dona ei Domine. **R.** Et lux perpetua luceat ei. **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**a-
ter

ter noster. *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo. *Ps.* A portâ inferi. *R.* Erue Domine animam ejus. *Ps.* Requiescat in pace. *R.* Amen. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DA quæsumus Domine, animæ famuli tui, quem excommunicationis sententia constrinxerat, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & superni luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

De modo absolvendi à Suspensione, vel ab Interdicto, extra vel intra sacramentalem Confessionem.

SI Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem à suspensione vel interdicto, quamvis nulla verba sint præcipuè determinata, uti poterit hâc formulâ.

Poenitens dicat: **C**onfiteor Deo, &c. Sacerdos:

Misereatur tui, &c. **I**ndulgentiam, &c.

Auctoritate mihi ab **N.** traditâ, ego absolvo te à vinculo suspensionis, (vel interdicti) quam (vel quod) propter tale factum (vel causam) incurristi, (seu incurrisse declara-

tus es,) in nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Si verò Confessario, sive in foro conscientiaë, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit à peccatis, addat consequenter:

Et eâdem auctoritate dispenso tecum super irregularitate, (vel irregularitatibus, si sunt plures) in quam, (vel in quas) ob talem, (vel tales causas, eas exprimendo,) incurristi, & habilem reddo, & restituo te executioni Ordinum & officiorum tuorum, in nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Si nullum habet Ordinem, dicatur: **H**abilem reddo te ad omnes Ordines suscipiendos, vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

Quòd si necesse sit titulum Beneficii restituere, & fructus malè perceptos condonare, subjungat:

Et restituo tibi titulum, (seu titulos) Beneficii, (seu Beneficiorum,) & condono tibi fructus malè perceptos. In nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen.

Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suæ terminos excedat.

DE SANGTISSIMO EUCHARIS- TIÆ SACRAMENTO.

OMnibus quidem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis religiosè sanctèque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est; sed præcipuè in administrando ac suscipiendo sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius nihil sanctius & admirabilius habet Ecclesia Dei; cùm in eo contineatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipsemet omnis gratiæ & sanctitatis fons auctórque Christus Dominus.

Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut cùm ipse venerabile hoc Sacramentum, quâ decet reverentiâ, debitóque cultu tractet, custodiat, & administret; tum etiam populus sibi commissus religiosè colat, sanctè frequentérque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

Ideò populum sæpiùs admonebit, quâ præparatione, & quantâ animi religione ac pietate, & humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum debeat accedere: Ut præmissâ Sacramentali confessione, omnes saltem à mediâ nocte jejuni, & utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri quantum fieri potest à mulieribus separati.

Moneantur præterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesiâ discedant, aut colloquantur; ne statim vagis oculis circumspiciant, aut exspuant, neque de libro statim Orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decidant: sed, quâ par est devotione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissimâ passione Dominicâ, in cujus memoriam hoc mysterium celebratur & sumitur.

Curare porro debet, ut perpetuò aliquot particulæ consecratæ eo numero, qui usui infirmorum & aliorum fidelium communionem satis esse possit, conserventur in pyxide ex

solidâ decentique materiâ, eaque munda, & suo operculo benè clausâ, albo velo coopertâ, & quantum res feret, ornato in tabernaculo clave obferato.

Hoc autem tabernaculum conopeo decenter opertum atque ab omni aliâ re vacuum, in Altari majori, vel in alio, quod venerationi & cultui tanti Sacramenti commodius ac decen-
tius videatur, sit collocatum, ita ut nullum aliis sacris functionibus, aut Ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Claves verò ad illud Parochus in suâ custodiâ seruet, nec ulli personæ laicæ, & ne ipsi quidem ædituo concedat. Lampades coram eo plures, vel saltem una, die noctûque perpetuò col-
luceat; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, & conserventur.

Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter renovabit, Hostiæ verò, seu particulae consecrandæ sint recentes, & ubi eas consecraverit, veteres primò distribuat, vel sumat.

Fideles omnes ad sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justâ ratione prohibentur. Arcendi autem sunt, publicè indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestèque infames, ut meretrices, concubinarij, foeneratores, magi, fortilegi, blasphemi, & alij ejus generis publici peccatores: nisi de eorum poenitiâ & emendatione constet, & publico scandalo priùs satisfecerint.

Occultos verò peccatores, si occultè petant, & non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem si publicè petant, & sine scandalo ipsos præterire nequeat.

Amentibus præterea seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, & devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

Iis etiam, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem & gustum habent, administrari non debet.

Ordo ministrandi sacram Communionem.

Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam ministraturus, Hostiis, seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno, vel pluribus, decenti & commodo loco expositis, cum vino & aquâ ad purificationem eorum qui Communionem sumpserint, & ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus, & superpelliceo indutus, ac desuper stolâ coloris Officio illius diei convenientis, præcedente Clerico seu alio ministro, procedit ad altare manibus junctis, & accensis cereis; factâ prius & postea genuflexione, extrahit pyxidem, & illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis, nomine populi ad cornu Epistolæ facit Confessionem generalem, dicens: **C**onfiteor Deo, &c. Tum Sacerdos iterum genuflectit, & manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens ne terga vertat Sacramento) & in cornu Evangelii dicit: **M**isereatur vestri, &c. & addit: **I**ndulgentiam, absolutionem **✠**, & remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen. dicens, **I**ndulgentiam, &c. manu dexterâ in formam Crucis signat communicandos.

Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistrâ pyxidemprehendit; & duobus digitis, pollice & indice, Sacramentum accipit, & elevat, conversusque ad populum in medio Altari dicit clarâ voce: **E**cce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, mox subdit: **D**omine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Sibe

Sihe/ das Lamb Gottes: sihe / der hinweg nimbt die Sünde der Welt.

Her ich bin nicht würdig/ daß du eingehest under mein Tach/ sonder sprich nur ein Wort/ so wird gesund mein Seel. quòd iterùm ac tertio repetit, quâ formulâ etiam utendum est, cùm fæminæ Communio ministratur.

Posteà ad communicandum accedit, incipiens ab iis qui sunt ad partem Epistolæ; sed primò, si Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda sit Communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur: vel si commodè fieri potest, intra sepimentum Altaris sint à laicis distincti. Sacerdotes verò cum stolâ communicent.

Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, & faciens cum eo signum Crucis super pyxidem simul dicit: **C**orpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

Ubi verò omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad Altare dicere poterit: **O** sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. **℣**. Panem de cælo præstitisti eis. Minister respondet: **O**mne delectamentum in se habentem. tempore Paschali additur. **A**lleluja. mox Sacerdos dicit **℣**. Domine exaudi orationem meam. **℟**. Et clamor meus ad te veniat.

niat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vis & regnas, &c.

Tempore Paschali dicitur.

Oratio.

SPiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde, ut quos Sacramentis Paschalibus satiasti, tuâ facias pietate concordēs. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, & eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat; & abstergat purificatorio; ablutionem verò sumat, si celebraverit, aut iis, qui tunc communicârunt, sumendam tradat, aut saltem in sacrarium injiciat. Postea genuflectens reponit Sacramentum in tabernaculo, & clave obserat. Deinde extentâ manu dexterâ benedicit ijs qui communicârunt, dicens: **B**enedictio Dei omnipotentis, Patris **H**, & Filii, & Spiritûs

Q

Spiritûs sancti descendat super vos, & maneat
semper. **R.** Amen.

Communio autem populi intra Missam, statim post Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causâ post Missam sit facienda) cum Orationes, quæ in Missâ post Communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.

Itaque Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positæ fuerint in pyxide; & genua flectit, ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit: **Misereatur vestri, &c.** & eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens à ministris Altaris, si velint communicare. Finitâ Communionem, revertitur ad Altare, nihil dicens, & non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missæ. Deinde dicit secretò, **Quod ore sumpsimus, &c.** ut in Missali, se purificat, & Missam absolvit. Quod si contingat, absolutâ Missâ, statim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc Planetâ indutus, sacram Communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit.

De Communionem Paschali.

Curet autem Parochus, ut in Quadragesimâ per se vel per alios concionatores populo opportunè denuntietur Constitutio Concilii Lateranensis sub Innocentio III. quæ sic habet:

Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti,

Et in-

Et injunctam sibi poenitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum: alioquin Et vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, Et moriens Christianam careat sepultura.

Ut igitur hoc salutare Concilii decretum inviolabiliter servetur, descripta Parochus habeat nomina suorum Parochianorum; & qui dicto tempore non communicaverint, & post Octavam Paschæ eos qui propriæ salutis immemores sæpius admoniti non obtemperaverint, Ordinario suo denuntiet.

Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschæ communicent, quo die ipse per se, nisi legitimè impediatur, parochiæ suæ fidelibus hoc Sacramentum ministrabit. Alienæ verò parochiæ fideles ad proprium Parochum remittet, præter peregrinos & advenas, & qui certum domicilium non habent: quibus ipse sacram præbebit Communionem, si ad illum accesserint ritè parati. In ceteris verò servabit ea quæ in libro de statu animarum, ut infra, præscribuntur.

Ægrotis quoque parochianis, etiamsi Communionem extra præscriptos Paschales dies sumpserint, in Paschalibus diebus illam deferet ac ministrabit.

De Communionem infirmorum.

Vaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi summo studio ac diligentiam ægrotantibus opportuno tempore procurandum est, ne fortè contingat illos tanto bono, Parochi incuriam, privatos decedere. Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur, quales sunt publici usurarii, concubinarij, notoriè criminosi, nominatim excommunicati aut denunciati, nisi sese prius sacræ Confessione purgaverint, & publicæ offensionis, prout de jure, satisfecerint.

Hortetur Parochus infirmum, ut sacram Communionem sumat, etiam si graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maximè si Festi alicujus celebritas id suadeat; neque ipse illam ministrare recusabit.

Eucharistiam autè pro Viatico ministrabit, cùm probabile est, quòd eam amplius sumere non poterit. Quòd si æger, sumpto Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, & communicare voluerit, eius pio desiderio Parochus non deerit.

Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, à quibus ob phrenesin, sive ob assiduam tussim, aliúmve similem morbum, aliqua indecentia cum irreverentiâ tanti Sacramenti timeri potest. Cæteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum & potum, non aliter ac cæteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ antè aliquid sumere licet.

Sed alicui ad adorandum solùm, seu devotionis seu cujusvis rei prætextu ad ostendendum non deferatur.

Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab Ecclesiâ ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifestè atque honorificè, ante pectus cum omni reverentiâ & timore, semper lumine præcedente.

Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanæ ictibus jubeat convocari Parochianos, seu confraternitatem sanctissimi Sacramenti, (ubi fuerit instituta) seu alios pios Christi fideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis seu intortitiis comitentur, & umbellam seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in quâ sanctissimum Sacramentum decenter deponatur.

Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aquâ; prætereà linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

Ubi

Ubi verò convenerint, qui Eucharistiam comitaturi sunt, Sacerdos indutus superpelliceo & stolâ, &, si haberi potest, pluviali albi coloris, Acolythis seu Clericis, aut etiam Presbyteris (silocus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter, & de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodiâ, quam proprio suo operculo cooperit, & velum sericum superimponit; ipse vero Sacerdos imposito sibi priùs ab utroque humero oblongo velo decenti, utrâque manu accipiat vas cum Sacramento, & deinde umbellam seu baldachinum subeat, nudo capite processurus.

Præcedat semper Acolythus, vel alius minister deferens lanternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat) sequantur duo Clerici, vel qui illorum vices suppleant; quorum alter Aquam benedictam cum aspersorio, & bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo sanctissimi Sacramenti super mensâ in cubiculo infirmi, & cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos; alter hunc librum Ritualement deferat, & campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intortitia. Postremo Sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbellâ dicens Psalmum, *Miserere*, & alios Psalmos, & Cantica. Quòd si longius aut difficilius iter obeundum sit, & fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursâ decenter ornatâ, & ad collum appensâ, aptè includere, & ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decidere, neque é pyxide excuti Sacramentum queat.

Ingrediens verò locum ubi jacet infirmus, dicat: **Pax huic domui.** *℞.* **Et omnibus habitantibus in eâ.** Tum depositum Sacramentum super mensâ, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox acceptâ Aquâ benedictâ, aspergit infirmum, &

cubiculū, dicens Antiphonam: **A**sperges me Domine
 hyssopo, & mundabor; lavabis me, & super
 nivem dealbabor: & primum versum Psalmi, **M**ise-
 rere mei Deus, cum **G**loria Patri. Sicut erat &c.
 Deinde repetitur Antiphona. **A**sperges me &c. Postea
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram. **℣.** Domine ex-
 audi orationem meam. **℟.** Et clamor meus ad
 te veniat. **℣.** Dominus vobiscum. **℟.** Et cum
 spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipo-
 tens, æterne Deus, & mittere digneris san-
 ctum Angelum tuum de cælis, qui custo-
 diat, foveat, protegat, visitet atque defendat
 omnes habitantes in hoc habitaculo. Per
 Christum Dominum nostrum. **℟.** Amen.

His dictis accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit benè
 dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, & utrū velit ali-
 qua peccata confiteri; & illum audiat, atque absolvat: quam-
 vis prius deberet esse ritè confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

Deinde sequenti vel simili commonitione animum infirmi
 ad perceptionem sacrosanctæ Eucharistiæ præparet atque
 disponat.

A Glerliebster in Christo/ weil du auß guter
 Ein-

Eingebung Gottes des H. Geists / nach
 recht Christlicher Andacht / dein Gemüth und
 Begierden dahin gewendet hast / das hochhei-
 lig heylsam Sacrament des wahren Leibs
 und Bluts Christi zu empfangen / wiewol du
 dein Herz vor diesem Göttlichen und aller-
 höchsten Geheimniß zum tieffsten demütigen /
 und dich dieser allerheiligsten Speiß einen un-
 würdigen Gast halten und erkennen solst : Je-
 doch dieweil du / auß Verleyhung Göttlicher
 Gnaden / nach dem Befelch des Apostels /
 dich selbst ersucht / deine Sünden berewet / dein
 gebrechliches Leben / und alle deine wissen-
 tliche Mißhandlung in der Beicht beklagt / und
 darauff die Absolution und Vergebung dei-
 ner Sünden / im Wort und Befelch Christi
 angehoret und erlanget hast : Magstu nun
 auff die Göttliche Güte und Barmherzig-
 keit frey vertrauen / der dir diese Speiß auß
 seiner unmaßigen Lieb / zu deinem Heyl zu-
 bereitet / und dich auß Gnaden darzu geladen
 hat / der werde dich / nach seiner Gütigkeit und
 erbarmniß / derselbigen auch würdig machen.

Dagegen aber du deinen Glauben er-
 mundern/und dich auff das unfehlbare Wort
 Christi gänzlich verlassen/und ohne Zweifel
 dafür halten solst/das in dieser sichtbaren Ge-
 stalt Christus / wahrer Gott und Mensch /
 in seinem wahren Fleisch und Blut/ lebendig
 und ganz behalten / und dir gereycht werde /
 der darumb dir sich selbst / sein Fleisch und
 Blut wahrhaftig zur speiß verlassen hat / das
 er dich in sich selbst vergliden und einverleiben
 wolt / damit er in dir und du in ihm seyest und
 bleiben mögst/also/das du für ohin sein Glied/
 und er dein Haupt seye/und du durch ihn Ge-
 meinschaft / Guld / und Freundschaft mit
 Gott / Tröstung wieder alle Ansechtung /
 Schutz und sicherheit vor allen leiblichen und
 geistlichen Feinden / Stillung und Zer-
 drückung der bösen Begierden / ja hie zeitlich
 die Völlung aller heylsamen Gaben und
 Gnaden haben / und nach diesem Leben die
 ewige Freud/mit ihm/und allen Auserwähl-
 ten besitzen möchtest.

Darauf du dann herzlichlichen Trost erho-
 len

len und wissen solt/ daß du im würdigen Gebrauch dieses H. Sacraments nit nur der Verdiensten deines Heylands Iesu Christi/ in Mittheilung seiner Gnaden haben: Sondern noch über das seiner selbst also wesentlich theilhaftig wirst/ daß sein Fleisch und Blut als ein herbstärckende Speiß deine Seel erquicket/ und wie eine kräftige Arzenei dich vor dem geistlichen Tod der Sünden verwahret/ auch das jenige was du etwa auß böser Umgebung des leidigen Sathans/ Anreizung der verführischen Welt/ und deines eygenen Fleisches böser Neigung an dich gefangen/ gewißlich vertreiben wird.

Daher dann billich dein Herz tieff in die Lieb gegen Gott und deinem Nächstten einzinsen soll/ daß du ja Gott den Himmlischen Vatter von Grund deines Herzens lieben/ und ihm mit innerlichen Herzensseuffzen/ Worten und Wercken dancken solt / daß er auß grosser Lieb seinem einigen Sohn deinet halben nicht verschonet/ sonder ihn/ umb dein Erlösung/ in Todt geben hat.

R

Du

Du solt auch Christum Gottes Sohn/
deinen Erlöser/ inniglich lieben/ und ihm von
Mund und Herzen dancken/ der nicht allein
seinen Leib in Todt geben / und sein Blut
vergossen hat / umb dein Erlösung / sonder
auch denselben seinen Leib und Blut / dir
zur Speiß gemacht hat / zur Stärckung
und Pluffenthalt deines Geists und deiner
Seelen.

Dezgleichen du dein Lieb auch gegen an-
dern Menschen neben dir richten solt/ und sie
lieben/ wie Gott dich geliebet hat/ und ihnen
mit allem deinem Vermögen dienen / gleich
wie Gott dich der Verdienst Christi / und
aller seiner Gnaden und Gaben / theilhaff-
tig werden laßt.

Da du nun diß allerheiligst Geheimnuß
jehund empfangen/ und diese heylsame Speiß
zu Trost und Stärckung deiner Seelen ge-
niessen wilt/ solt du dabey Christi deines Er-
löserß gedencken/ und seines Todtes ein Ge-
dächtnuß halten/ und dich fürklich erinnern/
nach dem wir alle in der Sünden und Tod
ver-

verdorben/ und under dem Gewalt des bösen Feinds/ zu ewiger Straff und Verdammnuß/ verhasstet waren/ wie da der heilig Gottes Sohn/ auß hercklicher Liebe gegen uns/ sich auß seiner Göttlichen Herrlichkeit/ biß in Menschliches Elend/ herunder gelassen/ und so schmählichen/ schmercklichen Todt erlitten habe/ und gestorben sey/ umb unsere Sünden/ der Verrecht für die Ungerechten/ und aber vom Todt wieder auffstanden/ auff daß wir in ihme Vergebung unserer Sünden/ Errettung von der Höllen und ewigen Todt/ Versöhnung mit Gott / und ewiges Leben hätten.

Solche Gedächtnuß dieser übergrossen Wolthat Gottes/ solt du in deinem Herzen/ bey Empfahung dieses heiligsten Sacraments/ erfrischen: und dagegen die allergrößte Dancksagung mit Herzen/ Mund und Wercken thun/ und inniglich in deinem Herzen begehren und bitten / auch getröst hoffen/ daß der Allmächtig gütig Gott/ durch Empfahung des heiligsten Sacraments/ dich nach
 R 2 seiner

seiner Barmherzigkeit / aller solcher Verdienst Christi theilhaftig machen / wider alle böse Ansechtungen und Sünde Gnade und Krafft geben / zu allem Guten stärken / und zur ewigen Freud und Seligkeit verhelffen wolle : die verleyhe Gott uns allen / durch Christum Jesum unsern Herrn / Amen.

Postea factâ de more Confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, Sacerdos dicit: **Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.**

Deinde factâ genuflexione, accipiat Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendat infirmo, dicens: **E**cce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. & more solito ter dicat: **D**omine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. & infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissâ voce; tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat: **A**ccipe frater (vel soror) viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam. Amen.

Si verò Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario: **C**orpus Domini nostri Jesu Christi custodiat, &c.

Quod si mors immineat, aut si plurium ægrorum provisio urgeat, & periculum sit in morâ, tunc dicto, **Misereatur, &c.** prædictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum præbeatur. Postea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens; & infirmo detur ablutio. Deinde dicat **Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (vel sorori nostræ) sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori quàm animæ profit ad remedium sempiternum : qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R. Amen.**

His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, præterquam in casu jam dicto) genuflectit, surgit, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum Crucis super infirmum, nihil dicens, & reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad Ecclesiam dicendo Psalmum **Laudate Dominum de cælis.** & alios Psalmos & Hymnos, prout tempus feret. Cùm pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, adorat, deinde dicit **Ÿ. Panem de cælo præstitisti eis. R. Omne delectamentum in se habentem. Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue, quæsumus, ita nos corporis & Sanguinis tui sacramyteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vis & regnas, &c. **A**men.

Posteà cum Sacramento in pyxide velo coopertâ faciat signum Crucis super populum, nihil dicens. Postremò illud in loco suo reponat.

Quòd si ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia eâ quâ decet veneratione Sacramentum ad Ecclesiam commodè reportari non potest, sumpta fuerit una tantùm particula consecrata, ut dictum est, tunc eâ infirmo administratâ, Sacerdos prædictis Precibus recitatis, eum manu benedicat, & unâ cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, umbellâ demissâ, latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur.

De Expositione Venerabilis Sacramenti in Monstrantiâ vel Ciborio.

Quamvis laudabilis ille Ecclesiarum mos, quo solemnioribus festis Venerabile Eucharistiæ Sacramentum publicæ fidelium venerationi exponi & in processionibus religiosè circumgestari solet, plurimùm valeat, non tantùm ad declarandam festi solemnitatem, sed etiam ad excitandam fidelium devotionem, præsertim si zelosus Parochus illis diligenter inculcet, quis in hoc augustissimo Sacramento verè præsens adsit, quâ devotionè, reverentiâ tam internâ, quàm externâ eum adorari & coli

opor-

oporteat: Ne tamen religiosa illa consuetudo nimis frequenti usu populo paulatim vilescat, honor & reverentia divinissimo huic Sacramento minor exhibeatur, & devotio populi inde, unde maximè crescere debuerat, decrescat, non quovis tempore, neque pro privatâ cujusque devotione augustissimum hoc Sacramentum exponendum est, sed duntaxat præscriptis temporibus, ut sequitur. 1. in festo Corporis Christi, & in locis, ubi est frequentia Cleri per octavam ejusdem festi. 2. in festo Dedicationis & Patroni titularis cujusque Ecclesiæ. 3. diebus, quibus habentur preces 40. vel 10. horarum; item, quando Jubilæum conceditur. 4. die Veneris & Sabbato Sancto in sepulchro. 5. singulis diebus Jovis in locis, ubi moris est illud processionaliter in templo circumgestari. Exponatur item in summis anni festivitibus, videlicet, in Natali Domini, Paschate, festo Ascensionis, Pentecoste, Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, festo Omnium Sanctorum. Item diebus illis festivis, quibus populus magno numero Venerabile hoc Sacramentum sumere solet.

Religiosi etiam quorumcunque Ordinum & Monasteriorum se hîc conforment, & illam expositionem frequentem ac quasi continuam moderentur.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

EXtremæ Unctionis Sacramentum à Christo Domino institutum, tamquam cælestis medicina, non animæ solum sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculosè ægrotantibus adhibendum est; & eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens & ratio viget: ut ad uberiores Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

In quo illud imprimis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus, & infirmi conditio permittat, ante

extre-

extremam Unctionem, Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

Habeat igitur Parochus loco nitido & decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis Feria V. in Cœna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si fortè infrà annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum habere queat, modico Oleo non benedicto in minori quantitate super infuso, reparari potest.

Oleum porrò ipsum vel per se solùm, vel in bombacio, seu re simili servari potest: sed ad evitandum effusionis periculum multò commodiùs ad infirmos defertur in bombacio.

Debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cùm ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & iis qui præ senio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiam sine aliâ infirmitate.

Infirmis autem, qui dum sanâ mente & integris sensibus essent, illud petierunt, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiam si deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominùs præbeatur.

Sed si infirmus, dum phrenesi aut amentiam laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino.

Impœnitentibus verò, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis, & nondum baptizatis penitus denegetur.

Non ministretur etiam prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.

Si quis autem laborat in extremis, & periculum immineat ne decedat antequam finiantur Unctiones; citò ungetur, incipiendo ab eo loco: *Per istam sanctam Unctionem, &c.* ut infrà; deinde

deinde si adhuc supervivat, dicantur Orationes prætermiffæ, suo loco positæ.

Si verò dum inungitur, infirmus decedat, presbyter ultrà non procedat, & prædictas Orationes omittat.

Quòd si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: *Si vivis, per istam sanctam Unctionem, &c.* ut suprà.

Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tunc cum sacro Viatico poterit & Oleum infirmorum ad eum deferri, per ipsum Sacerdotem qui defert sacram Eucharistiam. Si tamen alius Presbyter vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur: qui superpelliceo indutus, cum Oleo sacro occultè delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; & postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur à Sacerdote.

In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convaluerit, iterùm in periculum mortis incidit.

Quinq̄ verò corporis partes præcipuè ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os, & manus; insuper & pedes ungenti sunt.

Manus verò, quæ reliquis infirmis interiùs ungi debent, Presbyteris exteriùs ungantur, quia interiùs in Ordinatione unctæ fuerunt. Pedes verò omnibus in superiori parte ob majorem sacri olei reverentiam & decentiam ungantur.

Caveat etiam Minister hujus Sacramenti ungendo furiosum à rabido cane morsum, ne salivam ejus labiis inhærentem tangat (utpote contagiosam) proinde non os, sed vicinam ori partem tangat.

Si ex cholicæ diuturnæ, aut similis chronici morbi malignitate, vel etiam ex maleficio, nervi pedum subinde ita constringantur moribundo, ut crura ad ipsas tibias trahantur, iisque arctè jungantur; unctio pedum ad minimùm in foeminis propter honestatem omitti potest. Similiter & in puerperis, aut fluxum patientibus.

Quando leprosi, aut alio morbo contagioso infecti ungenti sunt, etsi sacerdos heroicè fecerit, si omni posito timore, divinâ fretus gratiâ ægrum modo usitato inungat, potest tamen, qui naturâ est timidior, ad evitandum periculum instrumento quodam in sacrum oleum intincto unktionem perficere, idq; deinde cum bombacio seu lino, quo pollicem & loca inuncta terfit, in ignem projicere.

Et si hoc Sacramentum absolutè ad salutem non sit necessariû, tamen ex contèptu omittere, & nolle suscipere, quasi Sacramentum non sit, nec ad salutem utile, mortale est peccatum, quemadmodum & Pastores lethaliter peccant, qui in administratione hujus Sacramenti sunt negligentes, & infirmos ejusdem fructu privant.

Dum oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne altero ipsorum inungendo, Sacramenti formam priùs absolvat, quàm ambo hujusmodi paria membra perunxerit.

Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eâdem verborum formâ.

Hujus autem Sacramenti forma, qua Sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unktiones adhibet, cum ait:

Per istam sanctam Unktionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, sive per auditum, &c. deliquisti.

Si instans ægroti agon, vel summum contagionis periculum non permittat, ut quisq; sensus sub speciali suâ formâ inungatur, unico brevissimo tactu attingat quinque organa sensuum, liniendo unum oculum, unam aurê, unam narê, labium, unam manum & pedem, & super totam unktionem hanc brevissimam formam proferat: **P**er istam sanctam Unktionem &

suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti. Amen.

Si nec hoc tempus vel periculum extremum concedat, & infirmus nullum Sacramentum susceperit, satis est sensum magis obvium inungi dicendo: **P**er istam sanctam unctiōem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti. Amen.

Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Uñtionis.

Sacerdos igitur hoc Sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappâ candidâ coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in sex globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos, & aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensâ ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quantâ poterit munditiâ ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem unò Clerico, qui Crucem sine hasta, Aquam benedictam cum asperforio, & librum Ritualement deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacco serico violacei coloris inclusum, illudque cautè defert, ne effundi possit. Quòd si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel aliàs

adsit periculum effusionis, vas Olei sacco bursâ inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodiùs & securiùs perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ.

Cùm peruentum fuerit ad locum ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit: **Pax huic domui** *R.* **Et omnibus habitantibus in eâ.**

Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo stolâque indutus, ægroto Crucem piè deosculandam porrigit: mox in modum crucis cum Aquâ benedictâ, & cubiculum & circumstantes aspergit, dicens Antiphonam **Asperges, &c.** Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, & de hujus Sacramenti vi atque efficacîâ, si tempus ferat, breviter admoneat; & quantum opus sit ejus animum confirmet, & in spem erigat vitæ æternæ, hac vel simili exhortatione.

Liebter in Christo/ es ist ja wol billich/
 daß wir allezeit / wir seyen gesund oder
 krank/ unsern Willen dem heyligen und ge-
 rechten Willen Gottes undergeben/ und uns
 under seine mächtige Hand gehorsamlich de-
 mütigen sollen/ weil er unsern Todt und Le-
 ben in seinem Gewalt hält/ und als ein Werck-
 meister guten Fug hat/ mit uns seinen Ge-
 fassen/ die er gemacht hat/ seinen Willen zu
 thun. Ja weil wir alle sterblich beschaffen
 seynd/ und nicht anderst werden/ dann daß wir
 bald

bald wieder sterben müssen/so sollen wir billich
 desto weniger erschrecken / und uns nicht ver-
 driessen lassen / ob uns etwan gefährliche
 Kranckheiten zustehen / die uns zum Todt
 fürderen/und auff den Weg abfertigen möch-
 ten/ dann wir alle einmal/ ein jedes zu seiner
 Zeit/ hinziehen müssen.

Ab es nun auff dißmal der heylic und ge-
 rechte Will Gottes wäre/daß er dich auß die-
 ser unruhigen bittern und bösen Welt abfor-
 dern wolt/ solt du nicht allein willig und ge-
 dultig seyn/ sonder auch frölich/ und mit Lü-
 sten/dich dem Willen Gottes ergeben / und
 diß gegenwertig Leben gern mit jenem ewi-
 gen vertauschen/ weil wir/ insonderheit bey
 dieser argen Welt und gefährlichen Zeiten /
 nichts anders in diesem Leben/ dann Mühsel-
 ligkeit/ Armuth/ Kranckheit/ Verachtung/
 Schmach/ und Herzenleyd / an uns selbst/
 oder den unsern / zu erwarten haben : Und
 aber wol wissen/ daß jenes Leben / darein wir
 durch den Todt/ als durch ein Thür / hinzie-
 hen/ mit keiner Trübsal oder Bitterkeit ver-

mengt ist. Dann Gott in seinem Leben alle Zahren von den Augen seiner Außerwöhlten abtrücknet / und sie vor Schmerzklagen / Kranckheit / Todt / und allem Unglück freyset / und nichts dann ewige unendliche Freud und Seligkeit versuchen laßt. Darumb lieber Bruder / lasse dich nicht verdriessen / ob du gleich in dieser Kranckheit dein zeitliches Leben verlassen müstest : allein lasse dir angelegen seyn / und richte dich dahin / wie du diß Leben mit einem guten End / in der Gnad Gottes schliessen / und jenes ewig Leben unhinderlich ergreifen mögest.

Nun seynd aber nicht allein deine / sonder auch aller Menschen Verdienst viel zu klein und zu gering darzu / daß ein Mensch sich der Seligkeit auff seine Wercke getrösten möchte. Da es aber an unsern Wercken und eygen Verdiensten manglet / da haben wir uns an die Verdienst Christi unsers gemeinen Heylands zu halten / den Gott / auß Göttlicher Lieb gegen uns / darumb in die Welt geben hat / daß / wer in ihn glaubet / nicht verderben /

ben/sonder das ewig Leben haben soll. Auff den hat Gott zuvor deine und aller Menschen Sünd gelegt/ und ihn umb deine Sünden lassen verwundet und schmerzlich geschlagen werden. Und die Straff/ die du für deine Sünden / nach strenger Gerechtigkeit Gottes/ billich gedulden soltest/ die hat Gott zuvor an seinem eynigen und geliebten Sohn erholet/ und ihn schmerzlich leyden lassen für deine Sünde / auff daß er dein verschonen möchte. Auff diesen gnädigen und erbarmenden Gott/ solt du dein Vertrauen förderist steuren/ ein frölich getröst Herß fassen / ein steiffe Hoffnung und ungezweiffelte Zuversicht haben. Dann weil sich Gott umb dein Heyl so viel angenommen/ daß er seinen eynigen Sohn für dich in Todt gegeben/ und durch sein theures und heyliches Blut/ dich von Sünden/ Teuffel/ Höll und Todt erlöset/ und dich zum heyiligen Lauff / darinn du in die Gemeinschaft Christi einverleibt bist/ auß Gnaden hat kommen lassen / so wird er dich auch noch nicht auß seiner Guld und Gnaden ver-

verstossen / sonder nachmals mit seiner Väterlichen Lieb und Gnaden zu dir setzen / und dir auch auß dieser deiner letzten Noth außhelffen / und entweder dir dein Leibs- & Gesundheit bald wiedergeben / wo es zu seiner Göttlichen Ehr / und zu deinem Heyl / dienstlich seyn soll / oder dich durch den leiblichen Todt in jenes Leben hinführen / da deine liebe Seel bey Gott mit ihrem lieben Erlöser / und allen seinen Außgewählten / sich erlustigen / und in der Auferstehung am jüngsten Tag / mit diesem deinem sterbenden Leib sich wiederumb vereinigen / und du alsdann an Leib und Seel / ewigen Lust und Freude / ohne einige Traurigkeit / empfangen würdest.

Hierüber hast du ja die Verheissungen Gottes / der nicht liegen kan / und nicht befriegen wil. Hierüber hast du auch sein heylige Sacramenten in Zeit deines Lebens / als kräftige Siegel über seine Zusag / empfangen / darauff du / wider alle deine schwäre und viele Sünden / wol vertrauen magst. Dann
 Gottes

Gottes Warheit über alle unsere Sünden und Bosheit kräftig / und seine Gnaden mit unser Dürfftigkeit / (wie groß die immer seyn mag) nicht zu erschöpffen seynd.

Doch solt du auff die Gnade Gottes also vertrauen / daß du alle Mittel gern annehmen / und gehorsamblich brauchen wöllest / die Gott durch Christum / zur Vergebung unserer Sünden / verordnet / und uns dieselben in seiner Kirchen gelassen hat / daß wir durch den Gebrauch derselbigen / als mit füglichlichen Instrumenten und Gefäßen / seine Gnad und Verdienst Christi ergreifen / an uns bringen / uns eygen machen / und zu unserm Heyl und Trost geniessen mögen: under welchen Mitteln auch die heilige Delung eines ist / die unser lieber Herr Christus Jesus darum seiner Kirchen eingesezt und verlassen hat / damit die Christglaubigen in der letzten Noth / so sie in gefährliche Kranckheit gefallen und jekund dem End un Abschied nahe seynd / wider die Anfechtung und Schröcken der bösen Feind / auff die Gnad und Beystand Gottes sich zu trösten haben.

Von welcher Delung der heylich Apostel
 Jacobus (ohne Zweifel auß Befelch un̄ dem
 Geist Christi) die Kirchen Christi also under-
 richtet: Ist jemand krank under euch/ der be-
 ruffe die Priester der Kirchen/ und lasse sie ü-
 ber ihn betten/ und ihn salben mit Oele/ in dem
 Namen des Herrn: und das Gebett des
 Glaubens wird dem Kranken helfen: und
 der Herr wird ihn erleichtern: und so er in
 Sünden wäre/ werden sie ihm vergeben.

Da kan ein glaubiger Christ/ auß dieser
 Göttlichen Verheissung/ und bey diesem Zei-
 chen/ (gleich wie bey andern Sacramenten)
 steiffe Tröstung in sein Herz einfassen. Dann
 diese Delung hie nichts anderst / als die
 Krafft göttlicher gnaden und Barmherzig-
 keit bedeutet. Dan gleich wie das Oele/ wo es
 zum Liecht gebraucht wird/ zumal schein und
 Hitz gibt/ und wo es an die Glieder gesalbet
 wird/ den Leib stärcket und kräftiget: also
 auch die Gnade Gottes den Verstand des
 Menschens erleuchtet / sein Herz mit Lieb
 und Vertrauen gegen Gott erkündet und
 erhitzet/

erhizet/ und das Gemüth des Menschen/
wider alle Bedraung der bösen Feind / wi-
der Sünd/ Höll/ Todt/ mächtiglich stärcket.
Welches alles der Apostel damit meynet: der
Herr wird ihn erleichtern. Da das auch heff-
tig zum Trost eines Glaubigen dienen soll/
daß durch Krafft dieses Sacraments/ und
umb das Gebett der Glaubigen ihm seine
Sünd/wo ihm noch etliche anhangen/ver-
geben werden/ und/ auß Erbarmnuß Got-
tes/ ihm nit zur verdammnuß zugerechnet wer-
den solle/ daß er seine Glieder zu Waffen der
Ungerechtigkeith und Sünden dargeben/ und
Gott/ den er in seinem Leib tragen und ehren
solt / mit dem sündlichen Mißbrauch seiner
füñff Sinn und Gliedern/ vielfältig erzür-
net hat.

Postea dicat Versiculum. **A**djutorium nostrum
in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum &
terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum
spiritu tuo.

Oremus.

Introëat Domine Jesu Christe, domum hanc
T 2 sub

sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum; adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, & benedic ✠ nostræ conversationi, sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus & pius es. & permanes cum Patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus, & deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum custodem, & faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege suâ, avertat ab eis omnes contrarias potestates, eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Oremus.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quæ Orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more factâ confessione generali, Latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicat: **Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c.**

Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent; & ubi commodum fuerit, pro loco & tempore, & adstantium numero vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litanis, vel alias Preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

IN nomine Patris **✠**, & Filii **✠**, & Spiritûs **✠** sancti, extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sancto in modum Crucis

ungit infirmum in partibus hîc subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Ad Oculos.

PER istam sanctam Unctionem ☩ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen.

Minister verò si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos post quamlibet Unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eaque in vase mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrum.

Ad Aures.

PER istam sanctam Unctionem ☩ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad Nares.

PER istam sanctam Unctionem ☩ & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad Os, compressis labiis.

PER istam sanctam Unctionem ☩ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus

minus quidquid per gustum & locutionem deliquisti. Amen.

Ad Manus.

Per istam sanctam Unctionem **✠** & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte, quòd Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interiùs, sed exteriùs.

Ad Pedes.

Per istam sanctam Unctionem **✠** & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit: **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster, &c. **✠**. Et ne nos inducas in tentationem. **R**. Sed libera nos à malo. **✠**. Salvum fac servum tuum. **R**. Deus meus sperantem in te. **✠**. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. **R**. Et de Sion tuere eum. **✠**. Esto ei Domine turris fortitudinis. **R**. A facie inimici. **✠**. Nihil proficiat inimicus in eo. **R**. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. **✠**. Do-

V. Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei: cura quæsumus Redemptor noster, gratiâ sancti Spiritûs languores istius infirmi, ejusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis & corporis ab eo expelle, plenamque interiùs & exteriùs sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Respice, quæsumus Domine, famulum tuum (famulam tuam) **N.** in infirmitate
sui

sui corporis fatiscentem, & animam refove,
quam creasti: ut castigationibus emendatus,
(emendata) se tuâ sentiat medicina salvatum
(salvatam) per Christum Dominum. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne
Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris
infundendo corporibus, facturam tuam mul-
tiplici pietate custodis: ad invocationem tui
nominis benignus assiste, ut famulum tuum
(famulam tuam) ab ægitudine liberatum (li-
beratam) & sanitate donatum (donatam) dex-
terâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate
tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni
desiderata prosperitate restituas. Per Chri-
stum Dominum nostrum. Amen.

Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita brevi-
ter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino
confirmetur, & ad fugandas dæmonum tentationes robo-
retur, ad hunc modum.

Liebster in Christo! dieweil du in dieser
deiner anliegender Noth / nach gewisser
Verheißung und Zeugnuß der Schrifften /
mit Gottes Gnaden in jetzt empfangenem

¶

¶ Sa-

H. Sacrament / deine Schwachheit ersetzt
 und gestärckt hast: so wöllest du in dem götti-
 gen Gott und seiner Gnaden getröst seyn/
 und wider alle Ansechtung der Sünden und
 des Teuffels dapffer kämpffen und streiten:
 und in keinen Zweifel setzen / der allmächtig
 Gott / der zu erbarmen mild und geneygt ist/
 werd deine Sünden in den vielen und theuren
 Verdiensten Christi / deines Erlösers / leicht
 verbergen / und deine Mißhandlung / umb
 Christi Willen / der ihm wol gefällt / des
 Glied du worden bist / leicht vergessen: und/
 wider alle Anstellung und Draung des
 Teuffels / durch sein Wort dich wol er-
 halten / daß du für dem Gewalt des
 Feindes wol sicher bleiben wirst in Chri-
 sto deinem Erlöser / der schon zuvor den
 Teuffel für dich überwunden / und
 krafftlos gemacht hat. In demselben
 deinem Seligmacher wirst du wohl für
 Sünden unnd Verdammuß behütet
 werden / unnd deine Seel in die ge-
 wisse Seligkeit erhalten mögen: Die verley-
 he

he dir und uns allen der Allmächtig/ gütig
und erbarmend Gott durch Christum Je-
sum unsern Herrn/ Amen.

Denique Aquam benedictam, & Crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aspiciat, & pro suâ devotione osculetur, & amplectatur.

Admoneat etiam domesticos & ministros infirmi, ut si morbus ingruat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet: sed si mors imminet, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo ritè commendabit.

Quæ autem pertinent ad visitationem curamque infirmorum, & adjuvandos morientes, ad commendationem animæ, & ad exequias, infra suis locis præscribuntur.

SEPTEM PSALMI

POENITENTIALES, CUM LITANIIS.

Pro infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu pro aliâ necessitate, dicuntur flexis genibus.

Antiph. **N**e reminiscaris.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in irâ tuâ corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: sed tu Domine usquequò?

Converte Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubescant valdè velociter.

Gloria Patri.

Psalmus 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, in Veteraverunt ossa mea: dum clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua : conversus sum in ærumnâ meâ, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : & injustitiam meam non abscondi.

Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino : & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus : in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt,

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quâ gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In campo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri. **Psalmus. 37.**

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in irâ tuâ corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne meâ à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei: adversum me appropinquaverunt, & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi

mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri. **Psalmus 50.**

Miserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:

nosco : & peccatum meum contra me est
semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram tefeci:
ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm
judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum : & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta &
occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor : lava-
bis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiã :
& exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : & om-
nes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : & spiri-
tum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ : & spiritum san-
ctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui : & spiritu
principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te
convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicias.

Quibus non licet dare Ecclesiasticam sepulturam.

Ignorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiasticâ sepulturâ ipso jure sint excludendi; ne quemquam ad il-

lam contra sacrorum Canonum decreta unquam admittat.

Negatur igitur Ecclesiastica sepultura Paganis, Judæis, & omnibus Infidelibus, Hæreticis (nisi contraria consuetudo alibi invaluerit) & eorum fautoribus: Apostatis à Christianâ fide; Schismaticis, & publicis excommunicatis majori excommunicatione; interdictis nominatim, & iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante.

Seipfos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen si ex infaniâ id accidat) nisi ante mortem dederint signa poenitentiae.

Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint poenitentiae signa.

Manifestis & publicis peccatoribus, qui sine poenitentia perierunt.

Iis, de quibus publicè constat, quòd semel in anno non susceperint Sacramenta Confessionis & Communionis in Paschate, & absque ullo signo contritionis obierint.

Infantibus mortuis absque Baptismo.

Ubi verò in prædictis casibus dubium occurrerit, Ordinarius consulatur.

Exequiarum Ordo.

Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, & alii, qui funeri interesse debent, & in Parochiale, vel in aliam Ecclesiam aut locum, juxta loci consuetudinem, ordine conveniant; ac datis certis campanæ signis, eo modo & ritu quo in eo loco fieri solet, Parochus indutus superpelliceo & stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico præferente Crucem, & alio Aquam benedictam, ad domum defuncti unâ cum aliis procedit, distribuuntur cerei, & accenduntur intortitia. Mox ordinatur Processio, præcedentibus laicorum Confraternitatibus, si adsint; tum sequitur Clerus regularis, & sæcularis per ordinem, binique procedunt, prælatâ Cruce, Parocho præcedente feretrum cum luminibus.

Ante-

Antequam verò cadaver efferatur, legitur Psalmus sequens:

De profundis, &c. folio 165.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oratio. Si sit Sacerdos.

Beati Petri Apostoli tui, quæsumus Domine, intercessione nos protege; & animam famuli tui Sacerdotis **N.** Sanctorum tuorum junge consortio.

Si Laicus:

Omnipotens sempiterne Deus, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur: propitiare animæ famuli tui **N.** & præsta: ut, qui de hac vita in tui nominis confessione decessit, Sanctorum tuorum numero eum facias aggregari.

Si mulier:

Quæsumus Domine, pro tua pietate mi-

ferere

ferere animæ famulæ tuæ **N.** & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue.


Hincthurificet corpus demortui his verbis:

Odore cœlesti pascat animam tuam Deus: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Item aqua benedicta aspergat, dicens:

Rore cœlesti perfundat animam tuam Deus: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Dum funus defertur cantatur Responsorium sequens:



functo rum, quæ sumus ab omni-



bus absol ve pec ca tis.



Ut pœnitentiæ fructum, quem vo lun-



tas eo rum op ta vit, præventi mor-



talitate, non



perdant. ¶ Qui in



cruce positus, latronem se ro pœniten-



tem sus ce pisti; eo rum (precamur)

Ll pie



pi e pee cata dilue ds Ut poenit.


Cùm ad Ecclesiam ventum fuerit, Corpus deponitur & cantatur sacrum, quo finito, dum id ad sepulchrum defertur cantatur, ut sequitur:



Rogamus te Domine De us noster,



ut sus cipias animas eo rum



defuncto rum, pro quibus sanguinem tu-



um fudisti. Re cordare qui a pul-




vis su mus & ho mo sicut foe num



& flos a gri. **Vers.** Miseri cors &

miser-



Cum ad sepulchrum ventum est, repetitur Psalmus: **D**e profundis, &c. cum reliquis ut supra folio 165. postea Parochus super corpus defuncti terram projiciat, idque ter dicendo: **D**e terra plasmasti me, & carne vecisti me, Redemptor meus resuscita me.

Dum corpus sepelitur cantatur Responsorium:





tis & miseræ, dies magna & amara valde:



¶ Lugebunt super se omnes tribus terræ.



Quando cœli. **¶** Tremens factus sum




ego, & timeo, dum discussio venerit,



atque ventura ira. Quando cœli,



¶ Quid ego miserimus, quid dicam vel



quid faciam, dum nil boni perferam ante



tantum iudicem. Quando cœli mo-

vendi.



vendi. **V.** Vix justus salvabitur, & ego



ubi parebo. Quando.

Quo absoluto aspergitur sepulchrum, & circumstantes aquâ benedictâ.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS

In Christo baptizatos:

Pastor eodem comitatu & habitu, quo alios terræ commendat, templo egressus, defuncti quoque parvuli ædes ingredia-
tur, ingressusque dicat:

Sinite parvulos venire ad me: talium est enim regnum coelorum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant à sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illicò largiris æternam: sicut animæ hujus parvuli hodie credimuste fecisse: fac nos quæsumus Domine, per intercessionem Bea-

tæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hîc, purificatis tibi mentibus, famulari, & in paradyso cum beatis parvulis perenniter locari: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde thurificet corpus defuncti, dicens:

Odore cœlesti, &c. ut supra fol. 264.

Item aspergat aquâ benedictâ, dicens:

Rore cœlesti, &c.

Postea deferatur corpus ad locum sepulturæ, & dicantur Psalms Graduales, vel Psalm. **A**d Dominum cum tribularer, &c. cum reliquis, usque ad Psalmum: **L**audate nomen Domini, &c. cum Gloria Patri, vel dicantur Psalms: **B**eatissimi immaculati, &c. & **L**audate pueri Dominum, &c. cum Gloria Patri, &c.

Cùm ad sepulchrum perventum est, & vespillo se præparat ad immittendum corpus, dicatur:

Juvenes & virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini. **K**yrie eleison.

Christe eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. t ne nos inducas in tentationem. **S**ed libera, &c.

℣. Sinite parvulos venire ad me.

℞. Talium est enim regnum cœlorum.

℣. Do.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, sancte puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam Domine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ passionis, & intercessione Beatæ Mariæ Virginis & omnium Sancto-
rum tuorum, in eodem regno, nos cum omnibus Sanctis & Electis tuis, semper facias congaudere cœlestibus: qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Postea thurificet corpus in sepulchro, dicendo: **O**dore cœlesti, &c. Item aspergat aquâ benedictâ, dicens: **R**ore cœlesti, &c. ut supra fol 264. Postremò super corpus defuncti terram projiciat ter, dicendo:

De terra plasmasti me, & carne vestisti me; Redemptor meus, resuscita me.

Hinc tumulatur corpus, & interea Sacerdos dicat orationes has sequentes:

Deus

Deus qui corda fidelium sancti Spiritûs illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominûmque dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur: per Christum Dominum nostrum, Amen.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Parochus admonitus de aliquo matrimonio in suâ Parochia contrahendo, primùm cognoscat ex his ad quos spectat, qui & quales sint qui matrimonium contrahere volunt: An inter eos sit aliquod Canonicum impedimentum: Utrùm spontè, liberè, & secundùm honestatem Sacramenti velint contrahere: Utrùm sint in ætate legitimâ, ut vir saltem quatuordecim, mulier verò duodecim annos expleverit, & uterque

uterque sciat rudimenta fidei, cùm ea deinde filios suos docere debeant.

Noverit ex probatis Auctoribus, quæ sint Canonica impedimenta matrimonii contrahendi, & quæ contractum dirimant, & qui sint gradus consanguinitatis, & affinitatis, & item cognationis spiritualis ex Baptismi & Confirmationis Sacramento contractæ.

Habeat in primis ipse bene cognita præcepta illa omnia, quæ in matrimoniis ritè contrahendis servari oportere, sacri Canones & præcipuè S. Synodus Tridentina jussit, dabitque operam, ut illa in Parochiâ suâ accuratè exactèque servantur.

Præsertim verò meminerit, matrimonia inter raptorem & raptam, dum ipsa in raptoris potestate manserit, inita, nec non clandestina, & quælibet matrimonia, quæ aliter quàm præfente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsius Concilii decretis irrita omninò ac nulla esse.

Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in cujus Parochiâ matrimonium celebratur, sive viri, sive mulieris.

Caveat prætereà Parochus, ne facîle ad contrahendum matrimonium admittat vagos & peregrinos, & qui incertas habent sedes, neque item eos, qui antea conjugati fuerunt, ut sunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum, qui peregrinantur, nisi diligenter de iis omnibus factâ inquisitione, & re ad Ordinarium delatâ, ab eoque habitâ de ejusmodi matrimonii celebrandi licentiâ, quæ gratis conceditur.

Antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho continuis diebus festis in Ecclesiâ intra Missarum solemnias ad ipsius Concilii præscriptum publicè denuntietur, inter quos matrimonium fit contrahendum.

Si verò vir & mulier Parochiæ sint diversæ, in utrâque Parochiâ fiant denuntiationes: quibus denuntiationibus fa-

etis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii procedatur. Sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat.

Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, vel alia rationabilis causa subsit, arbitrio Episcopi, matrimonium malitiosè impediri, si tot præcesserint denuntiationes; tunc de licentiâ Ordinarii, vel una tantùm fiat denuntiatio, vel saltem Parocho, & duobus aut tribus testibus præsentibus matrimoniũ celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesiâ fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, faciliùs detegant, nisi aliter Ordinarius ipse expedire judicaverit.

Has autem denuntiationes Parochus facere non aggredietur, nisi priùs de utriusque contrahentis libero consensu sibi benè constet.

Moneat Parochus conjuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent, neque matrimonium consumment, nec etiam simul maneant, nisi aliquibus propinquis, vel aliis præsentibus, quæ benedictio à nullo alio, quàm ab ipso Parocho, seu ab alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarii licentiâ fieri debet.

Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis nuptiis benedicat, quod si mulier nemini unquam nupserit, etiam si vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ pro hujus Archi-Dioecesis nostræ consuetudine benedici possunt: Sed viduæ nuptias non benedicat, etiam si ejus vir nunquam uxorem duxerit.

Admoneantur præterea conjuges, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimam Eucharistiam, atque ad Matrimonii Sacramentum suscipiendum piè accedant, & quomodo in eo rectè & Christianè conversari debeant, diligenter instruantur ex divinâ Scripturâ, exemplo Tobiaë & Saræ, verbisque Angeli Raphaëlis

eos edocentis, quàm sanctè conjuges debeant convivere.

Postremò meminerint Parochi, à Dominicâ primâ Adventûs usque ad diem Epiphaniæ, & à feriâ quartâ Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusivè, solemnitates nuptiarum prohibitas esse: ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptiæ verò quâ decet modestiâ & honestate fiant. Sancta enim res est matrimonium, sanctéque tractanda.

Quæ omnia ferè ex sacri Concilii Tridentini decretis desumpta & item alia, quæ ibi de matrimonio ritè contrahendo præcipiuntur, sunt diligenter servanda.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

Parochus igitur matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus festis, ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum, in Ecclesia superpelliceo & albâ stolâ indutus, adhibito uno saltem Clerico, si adsit, superpelliceo pariter induto, qui librum & vas aquæ cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus, virum & mulierem, cuos parentum vel propinquorum suorum præsentia cohonestari decet, coram Altari sic alloquatur:

Derweil ihr zwey der Meinung hie
erscheinet / den H. Ehestand / zwi-
schen euch beyden vor bewilliget /
durch den Segen der H. Kirchen / und mit
öffentlicher Zeugnuß dieser ewer lieben
Freund

Freund und Mit-Christen zu bestätten/
damit ihr diesen heiligen Stand mit mehrem
Trost annemen / und in gebührlicher Ehr
halten möget / so ist zu wissen / daß der Ehe-
stand nicht eine geringe Cæremonia, oder
schlechter Gebrauch von Menschen einge-
setzt / sondern der heiligen Sacramenten eins
ist / durch die der Allmächtige Gott / zum
Heyl seiner Glaubigen / den reichen heylsa-
men Schatz seiner Gnaden miltiglich und
in vielweg auftheilet. Dann ja Gott den
Ehestand im Paradeiß selbst eingesetzt / und
mit sondern Gnaden befestiget hat / daß er
nit durch die Erbsünd verwüstet / und durch
die Straff der Sündfluß nicht vertilget
worden ist.

Und als dieser Stand folgender Zeit bey
Juden und Heyden in Mißbrauch gera-
then war / hat Christus Gottes Sohn / unser
Heyland / den Ehestand von allem Miß-
brauch reinigen / und in seine vorige rechte
gebührliche Ordnung wieder einbringen/
und

und unter Menschlichem Geschlecht / und bey seinen Christen bis ins Ende erhalten wollen: und derwegen er selbst / sambt seiner werthen Mutter und lieben Jüngerem / die Hochzeit in Sana Galilea, mit seiner Gegenwartigkeit und erstem Wunderzeichen verehrt. Wie auch der Apostel den Ehestand ehrlich rühmet / und den Eheleuten die Seeligkeit zusagt / wo sie im Glauben und Heiligung bleiben.

Daher dann alle Christen diese Gottes Einsetzung nicht gering / sonder hoch und heilig achten und halten sollen / und auß Gottes Wort vernehmen / daß Gott den Ehestand fürnehmlich umb diese Ursachen eingesetzt hat :

Erstlich / daß der Ehestandt ein ehrliche Beywohnung / und beste und vollkommeste Vereinigung eines Manns und Weibs seyn solt / auff daß die Mehrung und Erhaltung menschliches Geschlechts auff Erden und die Kinderzucht in gewissen Zielen be-

behalten werde / damit Gottsförchtige Eheleut in einer rechtmässigen Beywohnung Kinder gewinnen / und dieselben in Gottes Forcht / mit gemeinem fleiß auffziehen / und also nicht allein ihren zeitlichen Gütern gewisse Erben / sondern auch unserm Gott wolabgerichte Gottsförchtige Diener und Christen nach ihnen auff Erden verlassen möchten.

Zum andern / daß sonst verbottene Unzucht und Schand vermeidet / und die Blödigkeit der Natur / durch die Behülff der Ehe für Sünden erhalten würde.

Zum dritten und fürnehmlich hat Gott von Anfang / in Erschaffung der Menschen / den Ehestandt eingesezt / daß er / in Verpflichtung des Manns und Weibs / ein groß Sacrament / und eygentlich Zeichen geben wolt / der wunderbahrlichsten und allergnadenreichsten Vereinigung / so Christus mit seiner Kirchen annehmen / und der hefftigsten Liebe / die er an seiner Kirchen erweisen würde.

Dar

Darauf dann Eheleut sich der Weiß und Maß ihres Ehestands gründlich und richtig erinnern mögen. Dann gleich wie Christus nur eine Kirch und Christenheit auff Erden hat / die er mit seinem Blut erkauft / und sie noch täglich durch seine Gnad und kräftige Sacramenta erhält / und seiner Erlösung geniessen läst : Also soll ein jeder Ehemann an einem / seinem Eheweib / und ein jedes Eheweib an einem / seinem Ehemann / sich begnügen lassen / und alle seine Liebe / Treue / und mögliche Wolthaten an den einigen seinen Ehegemahel wenden / und in diese Lieb keinen dritten einlassen / und seine Ehetreue an keinem andern verbrechen.

Und wie die Vereinigung zwischē Christo und der Kirchen ewig und unauffhörlich ist : Also werden die Eheleut / in Krafft dieses Sacraments / mit unverbrüchlicher Ehepflicht zusammen verknüpfft / davon sie umb keine Ursach anders / dann durch des einigen Todts / ledig werden mögen.

Weil

Weil dann die Christliche Eheleut / in ihrer Verbündtnuß / ein Vorbild und Gleichnuß Christi und der Kirchen tragen / so soll ein Christlicher Ehemann von Herzen / mit Lust und Freud geneigt seyn / seiner vertrauten Ehefrauen getreulich fürzustehen / sie zu ernehren / und gegen ihr alle Liebe und Treu zuerzeigen / damit er Christo gleich seyn möge / der auch seine Kirche geliebt / und sich selbst für sie gegeben hat / auff daß er sie mit seinem Blut heiligen und seligen möchte. Und ein Christlich Eheweib soll mit Lust und von Herzen ihren Ehemann lieben / ehren / und ihm gehorsam seyn / damit sie der Kirchen gleich seye / die auch Christum ihren Bräutigamb / liebet und ehret / und ihm unterthänig ist.

Wo nun ihr beyde diesen heiligen und von Gott verordneten Ehestand / in Gottes Furcht / und mit Andacht zu vollführen bedacht seyt / solt ihr nicht zweiffeln / der warhafftig Allmächtige Gott werde mit seiner Gnaden

Gnaden zu euch setzen / und euch bey seiner
 Einsatzung / mit Verleyhung genugsamer
 Leibsnahrung / auch andern nötigem Vor-
 rath / erhalten / und ewer beyder Herzen /
 durch seine Gnad / leyten und ziehen / daß ihr
 gegen einander stetige Lieb und Treu üben /
 ewer Ehelich Bett rein behalten / auch wider
 allerley Trübsal / so hie auff Erden zufallen
 möchten / euch mit gemeyner Hülff trösten /
 und ein friedliche ehrliche Beywohnung / bis
 ins End hinauß führen / und das ewig Leben
 erreichen möget.

Daneben ihr bey Gott umb Gnade an-
 suchen / und euch beflissen solt / daß ihr euch
 diesen / an ihm selbst heiligen Stand / durch
 zuviel Sorgen über zeitliche Nahrung / und
 Weltgeschäften / oder auch durch unmässige
 Seuche der Belüsten / nicht vielleicht zur
 Hindernuß an der Seeligkeit werden lasset /
 sonder ewer Beywohnung in Gottes
 Furcht und Zucht haltet: damit ihr an ewe-
 rem Gebett / Andacht und Gottesdienst

In

(so

(so Christen an Gottes Ehr / und zum
 Heyl ihrer Seelen fleißig üben sollen) nicht
 verhindert werdet : sondern allezeit ewers
 Lebens in Gottes Gnaden und Gulten
 bleiben / und auß seiner Erbarmuß endlich
 ewige Freud und Seeligkeit erlangen mö-
 get : die uns Gott allen verleyhen wölle /
 durch Christum Jesum unsern Herrn /
 Amen.

Post talem exhortationem, Sacerdos vernaculo sermone
 inquirat nomina contrahentium ; deinde appellet primò
 sponsum vulgari sermone, dicens :

V. Ist es nun ewer freyer / ungedrun-
 gener Will / und wolbedachte Meinung /
 diese **V.** hie gegenwertig / für ewere Haus-
 frau anzunehmen ?

Respondeat. **Ja.**

Deinde similiter interroget sponfam :

V. Ist es auch ewer freyer / ungedrun-
 gener Will / und wolbedachte Meinung /
 diesen **V.** hie gegenwertig / für ewern Ehe-
 lichen Mann anzunehmen ?

Respon-

Respondeat: **I**a.

Utroque affirmante, jungat manus amborum dextras, & ubi consuetudo est, annuli traditione copulet eos, dicens:

Ideò Matrimonium per vos contractum, confirmo, ratifico & benedico in nomine Pa **†** tris, & Fi **†** lij, & Spiritûs **†** sancti.

Hic sponsum ampliùs exhortetur, in hanc sententiam:

I. Ich befehle euch auß dem Wort und Befelch Gottes/das ihr dieser **I**. ewer Ehelichen Hausfrauen (deren euch Gott nun zum Haupt und Vorweser gesetzt hat) getrewlich fürstehen wöllet / und sie als ewer eygen Fleisch lieben / ernehren und (so viel an euch ist) vor Schand und aller Gefahr und Ungemach verwahren / und euch zu ihr stättig halten / keine Noth und Unfall / dieses mühseligen Lebens / euch von ihr absondern lassen / biß euch der Todt scheidet: Auch sollt ihr ewere Beywohnung bey ihr mit Zernunfft in Zucht und Heiligung halten / und ihrer / als des schwächern Gefässes / verschö-

nen / als die auch ein Miterb ist der Gnaden
und des Lebens / damit ewer Sebett nicht
verhindert werde.

Deinde Sponsam appellet, dicens :

Desgleichen solt auch Ihr V. euch zu
diesem V. ewrem Ehelichen Mann / stat und
getrewlich halten / ihn lieben / und ihme un-
derthänig seyn : auch euch gegen ihme allezeit
freundlich / gehorsam / und ehrerbietig er-
weisen / gleich wie Sara und andere heilige
Weiber / ihren Männern Liebe Ehr und
Behorsam geleytet haben. Solt ihme in
der Haushaltung ein getrewe Behülffin
seyn / und fleiß anwenden / euch mit und bey
ihme ehrlich und frömblich zuernehmen / und
ihn umb keine Noth oder Unfall dieses müh-
seligen armen Lebens verlassen / biß euch der
Todt scheidet.

Hinc Orationem vertat ad Circumstantes :

Ihr geliebten in Christo Jesu unserm
Herzn / weil diese zwen / unser liebe Brüder
und Schwester / hie öffentlich den heiligen
Ehe-

Ehestandt / nach Gottes Ordnung / bewilliget und angenommen / und denselben mit dem Segen der heiligen Kirchen / auch mit ewer aller gegenwärtiger Zeugnuß / bestätigt haben : so wollen wir / auß Christlicher Liebe / ihnen zu diesem Gottseligen Stand / Gottes Gnad und alles Heyl / Glück und Wolsahrt wünschen / und den allmächtigen Gott von Herzen bitten / daß er bey diesen zweyen Eheleuten seine Göttliche Gnad erzeigen / und seine Einsakung an ihnen miltiglich handhaben wolle / und sie in einer glückseligen / freundlichen / und friedsamem Beywohnung erhalten / auch sie für Sünden und allem Unrath gnädiglich behüten / und durch Beystandt seiner Gnaden / ihnen zu einem seligen End verhelffen / durch Jesum Christum unsern Herrn / Amen.

Postremò aspergat eos aqua benedicta, & datâ stola ad manus sponsæ, introducat eos in Ecclesiam, cum versiculo:

Dominus custodiat introitum vestrum,
& exitum vestrum; ex hoc nunc, & usque
in sæculum. Post

Post finem Missæ, contrahentes ante altare se inclinent; & si sponsa fuerit virgo, non curando si sponsus bigamus fuerit, dicat Sacerdos Psalmum:

Beati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut novellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Syón: & videas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

Gloria Patri & filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, &c.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

Pater noster. **E**t ne nos inducas, &c.

V. Salvum fac servum tuum & ancillam
tuam:

R. Sperantes in te Domine.

V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Syon tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Creator coeli & terræ. Qui primos paren-
tes nostros Adam & Euam bona societate
copulasti: bene **✠** dic, & sancti-**✠** fica hos
adolescentulos, & semina in eis semen vitæ
æternæ, fructum ventris: tibi placeant, te
diligant, & à te Deo vivo & vero in perpe-
tuum nunquam recedant: per Christum
Dominum nostrum, Amen.

Deinde Evangelium Ioannis legatur.

Initium sancti Evangelij secundum Ioan-
nem

In

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est;

est; & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus; gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

Deinde super virginem & sponsum detur benedictio in hunc modum:

Deus Pa^{ter}, Deus Fi^{lius}, Deus Spi^{ritus} sanctus, trinus & unus, vobiscum sit, & ipse conjungat vos, impleatque; benedictionem suam in vo^{bis}: Crescite & multiplicamini, & replete terram; & benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper, Amen.

Si autem ambo sint bigami, vel saltem sponsa non fuerit virgo notoriè, non curando de sponso, virgo nec ne fuerit, tunc omnia prædicta post Psalmum: **B**eati omnes, &c. omittantur: solùm sequens dicatur oratio:

Prætende quæsumus Domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxiliij, ut te toto corde perquirant; & quæ dignè postulant, assequantur: per Christum Dominum nostrum, Amen.

O o

ORDO

ORDO AD INTRODUCEN- DUM MULIERES POST PARTUM.

Cùm puerperæ è partu surgenti benedicendum est, venienti ad Ecclesiam cum in infante, (nisi is in puerperio obierit, aut per valetutinem nequeat eò deferri) Sacerdos dicat :

Aufer Domine à famula tua cunctas iniquitates suas, ut ad sancta sanctorum pura mereatur mente introire : per Christum Dominum nostrum, Amen.

Psalms.

Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu, usque ad occasum, laudabile nomen Domini.

Excellsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria ejus,

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra ?

Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Vel legat Sacerdos, si vult, Psalmum.

Levavi oculos, &c. **P**ater noster, &c
Et ne nos inducas in tentationem, &c.

Ÿ. Salvam fac ancillam tuam.

R. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Mitte ei auxilium de Sancto.

R. Et de Syon tuere eam.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui unigenitum tuum, unâ cum matre sua semper Virgine

Maria, post quadraginta dierum spatium in templo præsentasti, bene **✠** dicere dignare hanc famulam tuam, post partum tibi Domino Deo nostro ad templum tuum præsentatam, & concede propitius; ut sicut eam per nostrum officium, in templum istud terrenum introducimus, sic post finem vitæ præsentis, regni cœlestis mereatur introitum: per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Et tunc aspergat aqua benedicta, & introducat eam in Ecclesiam cum versiculo:

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.

Deinde veniens ad altare, legat Evangelium.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c.

Postea det ei librum ad osculandum, & dicat:

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cœlum & terram.

Oremus.

Oremus.

Benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper, Amen.

DE BENEDICTIONIBUS REGULÆ GENERALES.

Noverit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temerè aut imperitè unquam usurpet propriâ auctoritate.

In omni benedictione extra Missam, sacerdos saltem superpelliceo & stolâ pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite.

In principio cujusque benedictionis dicat. **ꝰ.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **Ꝟ.** Qui fecit cælum & terram **ꝰ.** Dominus vobiscum. **Ꝟ.** Et cum spiritu tuo. deinde dicatur Oratio propria una, vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat Aquâ benedictâ; & ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cùm Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase Aquæ benedictæ & aspergillo, & cum hoc Rituali libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causâ ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam. **DE**

DE AQUA LUSTRALI.

Aquam sale cōsperfam populis benedicimus, ut eâ cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur; quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus, inquit S. Alexander Papa & Martyr Apostolicorum temporum vicinus, quippe septimus à S. Petro Romanus Pontifex: quibus verbis antiquitas, significatio & usus aquæ benedictæ innuitur: Significat nempè exterior illa aquæ hujus aspersio abluitionem interiorem animi à maculis & sordibus peccatorum, ac terrenorum & carnalium desideriorum, eamque etiam causat & efficit, non propriâ virtute, sed per dolorem ac detestationem peccatorum, quæ hoc externo symbolo iuvantibus ad idipsum Sanctæ Ecclesiæ precibus excitantur.

Unde & ad hujus aquæ asperionem pro petenda peccatorum veniâ, & internâ mentis puritate pij fideles recitare consueverunt versiculum nonum *Psalmi 50.* Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealabor: aut hanc sequentem precationem: Asperge me Domine rore gratiæ tuæ, munda me à peccatis; doleo enim, quòd te, quem super omnia diligo, unquam offenderim: extingue in me omnem affectum tibi adversum, ut te solum amem & glorificem in perpetuum, Amen.

Valet item hæc Verbo Dei & oratione, signoque Crucis sanctificata aqua, virtute divinæ operationis per fortissimi Dei nominis invocationem obtentæ, ad avertendas diaboli infidias,

infidias, phantasmata depellenda, sterilitatem, aliaque divinæ iræ flagella averuncanda, curandas infirmitates, ac alia hominibus conferenda solatia, quæ per hoc sacrum adminiculum confidentibus in Deo summa ejus bonitas impertitur; quemadmodum multis experimentis compertum est, quæ à Sanctis Epiphanio *heresf. 3.* Theodoro *lib. 5. histor Eccles. cap. 21.* Gregorio Magno *lib. 1. Dial. cap. 10.* Bernardo in vitâ S. Malachiæ circa medium, enarrantur.

Quòd autem sal sanctificatum aquæ immiscetur verba S. Rabani Archiepiscopi Moguntini *lib. 2 de Instit. Cleric. cap. 55.*) ex divinâ auctoritate processit: quia illud per Elisæum in fontem mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquarum Jericho. Item etiam officium & significationem eandem habent aqua & sal: illa namque à sordibus mundat, hoc putredinem fugat, illa nitorem præbet, hoc sinceritatem adhibet. Ita ille.

Hic Aquæ Lustralis, aliarumque rerum, quarum benedictiones ab Ecclesiâ probatæ præsentî Agendâ continentur, usus magis erit ad præfatos fines, Deo preces Ecclesiæ suæ exaudiente proficius, quàm aliæ minus authenticæ & exoticæ benedictionum formulæ, quæ proin in hac (Diocesi) seriò inhibentur.

ORDO AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM.

Diebus Dominicis, & quandocunque opus fuerit, præparato sale & aquâ mundâ benedicendâ in Ecclesiâ, vel in Sacristiâ, Sacerdos superpelliceo & stolâ circa collum indutus, primò dicit, **Ps.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram.

Deinde

Deinde absolute incipit exorcismum falis.

EXorcizo te creatura falis per Deum ☩
 vivum, per Deum ☩ verum, per Deum
 ☩ sanctum, per Deum, qui te per Elisæum
 prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur
 sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum:
 & sis omnibus sumentibus te sanitas
 animæ & corporis: & effugiat atque discedat
 à loco, in quo aspersum fueris, omnis
 phantasia, & nequitia vel versutia diabolicæ
 fraudis, omnisque spiritus immundus ad-
 juratus per eum, qui venturus est iudicare
 vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

R. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam falis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere ☩ & sanctificare ☩ tuâ pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit,

fuerit, careat omni immunditiâ, omnique impugnatione spiritualis nequitia. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Exorcismus Aquæ: & dicatur sine

Oremus.

EXorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei **✠** Patris omnipotentis, & in nomine JESU **✠** Christi Filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritûs **✠** sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & læculum per ignem. **R.** Amen.

Oremus.

DEus qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantiâ condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic mul-

P p

timodis

timodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis **✠** in funde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum, ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditiâ, liberetur à noxâ : non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens : discedant omnes insidiæ latentis inimici : & si quid est, quod incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat ; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum, &c.

Hic mittat sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel:

Commixtio Salis & Aquæ pariter fiat: In nomine Pa **✠**tris, & Fi **✠**lij, & Spiritûs **✠** sancti. **R.** Amen. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, invictæ virtutis auctor, & insuperabilis

rabilis Imperii Rex, ac semper magnificus
 Triumphator: qui adversæ dominationis
 vires reprimis: qui inimici rugientis sæviti-
 am superas: qui hostiles nequitas potenter
 expugnas: Te Domine, trementes ac sup-
 plices deprecamur, ac petimus, ut hanc crea-
 turam Salis & Aquæ dignanter aspicias, beni-
 gnus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices:
 Ut ubicumque fuerit aspersa, per invoca-
 tionem sancti tui nominis, omnis infestatio
 immundi spiritûs abigatur, terrorque vene-
 nosi serpentis procul pellatur; & præsentia S.
 Spiritûs nobis misericordiam tuam poscen-
 tibus ubiq; adesse dignetur. Per Dominû
 nostrum. in unitate eiusdē Spiritûs sancti, &c.

Post Benedictionem Aquæ, Sacerdos Dominicis diebus,
 antequam incipiat Missam, aspergit Altare, deinde se & mi-
 nistros, ac populum, prout in Missali præscribitur.

Posteà Christi fideles possunt de ipsâ Aquâ benedictâ in
 vasculis suis accipere, & secum deferre ad aspergendos ægros,
 domos, agros, vineas, & alia, & ad eandem habendam in cu-
 biculis suis, ut eâ quotidie & sæpius aspergi possint.

Benedictio Candelarum extra diem Purifi-
cationis Beatæ Mariæ Virginis.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cœlum & terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine JESU Christe Fili Dei vivi, benedic **✠** Candelas istas supplicationibus nostris, infunde eis Domine per virtutem sanctæ Crucis **✠** Benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talémque Benedictionem signaculo Crucis **✠** accipiant, ut quibuscumque locis accensæ, sive positæ fuerint, discedant Principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant ampliùs inquietare aut molestare servientes tibi Omnipotenti Deo. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Postmodum aspergantur Aquâ benediçtâ.

ORDO

ORDO AD BENEDICENDUM
Cereos in festo Purificationis Beatæ
Mariæ Virginis.

SACERDOS cum Ministris, sacris indutus vestibus, priusquam solemnis Processio fiat, ante Altare dicat:

EXaudi quæsumus Domine, plebem tuam, & quæ extrinsecus, annua tribuis devotione venerari, interiùs assequi, gratiæ tuæ luce concede: Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Exeunte Chorum Processione, cantetur Responsorium.

Postquam impleti sunt dies Purgationis Mariæ secundùm legem Moyfis; tulerunt Jesum Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. **¶** Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum, sicut scriptum est, &c.

Ubi

Ubi ventum est ad aliam Ecclesiam, seu locum in eadem Ecclesia, quò tendebat Processio, Cantor incipiat Responsorium.

Gaudere Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti: dum Virgo Deum & hominem genuisti, & post partum Virgo inviolata permansisti. **V.** Gabrielem Archangelum credimus, divinitus esse affatum, uterum tuum de Spiritu sancto credimus imprægnatum: Erubescat Judæus infœlix, qui dicit Christum de Joseph semine esse natum. Dum virgo, &c.

Completo Responsorio, dicat Sacerdos versiculum.

V. Post partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Tunc si actus iste fit, ubi Clerus est, à Choro cantetur Tertia, inchoante Sacerdote: **D**eus in adiutorium meum intende, &c. **G**loria Patri, &c.

Finirà Tertiâ, procedat ad benedicendum Candelas, in medio positas, & dicat:

EX-

Exultabunt Sancti in gloria. **L**ætabuntur in cubilibus suis. **P**retiosa in conspectu Domini. **M**ors Sanctorum eius.

Oremus.

Sancta Maria, Mater Domini Nostri Jesu Christi, & Virgo perpetua, cum omnibus Sanctis: Intercedere digneris pro nobis peccatoribus, ut mereamur ab eo adjuvari, & exaudiri. Qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorū, Amen.

Oremus.

Bene ✠ dic Domine Jesu Christe hanc creaturam Cereæ, supplicantibus nobis; & infunde ei per virtutem sanctæ Crucis tuæ, rorem cœlestem: ut qui eam ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talem signaculo sanctæ crucis tuæ sumat effectum; ut in quibuscumque locis accensa, sive posita fuerit, discedat diabolus & contremiscat, fugiatque pallidus cum omnibus ministris suis;

suis ; nec amplius præsumat inquietare vel illudere servientes tibi. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

Emitte, quæsumus, Domine sanctum Angelum tuum Raphaelem ; ut qui fumo ex jecore de pisce evulso, dæmonem mortiferum repulit ab habitaculo Tobix & Saræ : per hujus Cere sanctificationem conterat, & disperdat eum de cunctis habitationibus colentium te, de basilicis, de domibus, de angulis, de refectoriis, de lectulis, deque universis locis, in quibus tibi famulantes habitant & quiescunt, dormiunt, vigilant, ambulant & consistunt ; nec audeat malignus spiritus amplius inquietare, vel pavorem immittere super eos, quos sancti Chrismatis tui Unctione fecisti esse munitos. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

BENEDICTIO.

Benedico te creatura Cere, in nomine

ne Sanctæ Trinitatis ; ut sis ubique exterminatio diaboli & omnium contubernali-um ejus : præstante eadem sancta & indivi-
dua Trinitate , quæ in Unitatis essentia vivit & regnat Deus : Per omnia sæcula sæculo-
rum , Amen.

Oremus.

Domine , sancte Pater omnipotens , æterne Deus , qui omnia ex nihilo creasti , & jussu tuo per opera apum , hunc liquorem ad perfectionem Cerei evenire fecisti : & qui hodierna die petitionem justî Simeonis implèsti : Te humiliter deprecamur , ut has **C**andelas ad usus hominum , & sanitatem corporum & animarum , sive in terra , sive in aquis , per invocationem tui sanctissimi **N**ominis , & per intercessionem beatæ **M**ariæ semper **V**irginis , cujus hodie festa devo-
tè celebrantur , & per preces omnium **S**an-
ctorum tuorum , bene **B**edicere , & sancti **B**enicere digneris ; & hujus plebis tuæ , quæ

Qq

illas

illas honorificè in manibus desiderat portare, teque cantando laudare; exaudias voces de cœlo sancto tuo, & de sede Majestatis tuæ, & propitius sis omnibus clamantibus ad te, quos redemisti pretioso sanguine filii tui: Qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritus Sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum, ulnis sancti Simeonis in templo tuo suscipiendum præsentasti, tuam supplices deprecamur clementiam, ut has Candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia suscipientes, gestare cupimus, luce accendas, bene H dicere & sancti H ficare, atque lumine supernæ benedictionis accendere digneris; quatenus eas tibi Domino Deo nostro offerendo digni, & sancto igne dulcissimæ charitatis tuæ succensi, in templo sancto gloriæ
tuæ

tuæ repræsentari mereamur. Per eundem
 Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Oremus.

Domine Jesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: effunde bene ✠ dictionem tuam super hos Cereos, & sancti ✠ fica eos lumine gratiæ tuæ, & concede propitius: ut sicut hæc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras; ita corda nostra invisibili Igne, id est, sancti spiritûs splendore illustrata, omnium vitiorum cœcitate careant: Ut purgato mentis oculo cernere possimus, quæ tibi sunt placita, & nostræ salutis utilia; quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Per te Christe Jesu Salvator mundi, qui in Trinitate perfecta vivis & regnas Deus:

Q q 2

Per

Per omnia sæcula sæculorum. **D**ominus
 vo biscum **S**ursum corda. **G**ratias agamus
 Domino Deo nostro. **V**ere dignum & iustum
 est, æquum & salutare: nos tibi Deo omni-
 potenti, rerumque omnium creatori, laudes
 as si du as per sonare, & munificentia tu æ
 indefessas semper grates persolvere, qui inter
 cæteras mundanæ conditionis creaturas, de
 liquore



liquore aëreo per apum efficaciam, cerei



pretiosam fieri voluisti substantiam: ut tibi



inde debiti honoris famulatus existeret, &



nobis usus necessarius proveniret. Proinde



immensam clementiam tuam Domine,



suppliciter obsecramus: ut super has can-



delas benedictionis tuæ munus infundas;



ut omnes eas in Christi vicem manibus

por-

portantes ejusdem sacri tui spira mi nis

gratia, qua be a tus Si me on rep le tus

fuerat, imbui mereantur. Qui ho di erna

die Unigenitum tuum Dominum Jesum

lumen æternum à parentibus in templo

præsentatum in ul nas suas ac cepit, &

revelante spiritu sancto ita prophetanto

dixit: Nunc dimitis servum tuū Domine

secundum verbum tuum in pace. Quia videntur oculi mei salutare tuum. Quod tibi aeterno Patri, sanctoque Spiritui, coaeternum & coaequale, vivit & regnat in saecula saeculorum.

Oremus.

Omnipotens sempiternae Deus, qui per Moysen famulum tuum, purissimum olei liquorem, ad luminaria ante conspectum tuum jugiter concinnanda praeparari iussisti, benedictionis tuae gratiam super hos Cereos benignus infunde, quatenus sic administrant,

nistrent lumen exterius, ut te donante, lumen Spiritûs tui nostris non desit mentibus interiûs. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratione hac finitâ cantetur Antiphona.

Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Nunc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Gloria Patri, &c. **S**icut erat, &c.

Et interim aspergantur Cerei aquâ benedictâ, & thure adoleantur.

Deindè accensi distribuuntur. Primùm dignioribus, & aliis per ordinem; quod dum fit, dicat Sacerdos:

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui Unigenitum tuum ante tempora de te genitum, sed temporaliter de Maria Virgine incarnatum, lumen verum & indeficiens, ad depellen-

pellendas humani generis tenebras, ad incendendum lumen fidei & veritatis in mundum misisti: concede propitius, ut sicut exteriùs corporali, ita etiam interiùs luce spirituali mereamur irradiari. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritùs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Tunc incipiat cantor Antiphonam.

Ave gratia plena, Dei Genitrix Virgo, ex te enim ortus est sol justitiæ, illuminans, quæ in tenebris sunt: letare tu Senior juste, suscipiens in ulnas Liberatorem animarum nostrarum, donantem nobis resurrectionem.

Distributis candelis, & jam ardentibus in manibus tenantium, dicat Sacerdos:

Oremus.

Illumina, quæsumus Domine, populum tuum, & splendore gratiæ tuæ cor eius sem-

Rr

per

per accende: ut Salvatorem suum & incessanter agnoscat, & veraciter apprehendat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Deinde revertatur Processio cum Candelis accensis usque ad januas Ecclesiæ, unde prius egressa erat; vel si in eadem Ecclesia benedictio Candelarum facta est, usque ad januas Chori: interea cantetur Antiphona, quæ sequitur.

Adorna thalamum tuum Sion: & suscipe regem Christum: amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta. Ipsa enim portat regem gloriæ novi luminis: substitit Virgo, adducens in manibus filium ante Luciferû. quem accipiens Simeon in ulnas suas prædicavit populis, Dominum esse vitæ & mortis, & Salvatorem mundi.

Subsistente ante januas Processione, dicat Sacerdos,

Oremus.

Da, quæsumus Domine, populo tuo inviolabilem fidei firmitatem, ut qui Unigenitum

nitum tuū in tua tecum gloria sempiternum,
 in veritate nostri corporis natum de Matre
 Virgine, confitetur, à præsentibus liberetur
 adversis, & mansuris gaudiis inseratur. Per
 eundem Dominū nostrum Jesum Christū
 Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in
 Unitate Spiritūs sancti Deus, per omnia sæ-
 cula sæculorum, Amen.

Tunc incipiat cantor Antiphonam:

Cū inducerent puerum Jesum parentes
 ejus, accepit eum Simeon in ulnas suas, &
 benedixit eum, dicens: Nunc dimittis Do-
 mine, servum tuum in pace.

Quā finitā cantetur Canticum Zachariæ.

Benedictus Dominus DEUS Israel, &c.
 sine Gloria.

Huic subjungat Sacerdos collectam sine versiculo, & di-
 cat:

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui hodierna die
 in nostræ carnis substantia, inter homines

R r 2

appa-

apparens, à parentibus in templo es præsentatus, quem Simeon venerabilis senex, lumine Spiritûs tui irradiatus agnovit, suscepit, & benedixit; præsta propitius, ut ejusdem Spiritûs sancti gratia illuminati atque edocti te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus. Qui cum Deo Patre in Unitate ejusdem Spiritûs sancti, vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Sequitur Antiphona.

Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christû Dominum: & cum introducerent puerum in templum, accepit eum in ulnas suas, & benedixit DEUM, & dixit: Nunc dimittis Domine, servum tuum in pace.

His ita expletis, sequitur immediatè Sacrum.

IN CAPITE JEJUNII BENEDICTIO CINERUM.

Primò dicat Sacerdos: Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, parce pœnitentibus, propitiare supplicantibus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui bene ☩ dicat, & sancti ☩ ficet hos Cineres, ut sint remediū salubre omnibus nomen sanctum tuū humiliter implorātibus, ac semetipso pro conscientia delictorum suorum accusantibus: atque ante conspectum divinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus, vel serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixèque flagitantibus; & præsta per invocationem sanctissimi nominis tui: Ut quicumq; eos super se aspererint, pro redemptione peccatorum suorum corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus.

DEUS, qui humiliatione flecteris, & satisfactione placaris; aurem tuæ pietatis inclina

clina precibus nostris, & capitibus servorum tuorum horū Cinerum aspersione attactis, effunde propitius gratiam tuā Bene **†** ditionis: Ut eos & Spiritu compunctionis repleas, & quæ justè postulaverint, efficaciter tribuas: & concessa perpetua stabilitate intactos manere decernas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus.

Mordacis conscientiae stimulis, & delictorum nostrorum recordatione commoti, te Deum indulgentiae deprecamur: ut quid quid delicto vel facto, seu cogitatione peccatum est, ac lubricae aetatis impulsu vel ignorantiae errore commissum, pietate Domini nostri JESU Christi resolvere atque indulgere digneris. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Finita benedictione aspergantur Cineres aqua benedicta, & cantetur Antiphona:

Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinē

miseria-

miserationum tuarum respice nos Domine.

✠. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. *sine Gloria.*

Et repetatur **E**xaudi. Postea subjungatur; **O**remus,

Flectamus genua. **L**evate.

Oratio.

Concede nobis, quæsumus Deus omnipotens, præsidia Christianæ militiæ sanctis inchoare jejuniis, ut contra spirituales nequitiæ expurgati, continentiæ muniamur auxiliis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Hac completâ, incipiat cantor Antiphonam.

Juxta Vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes & Levitæ ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne dissipet ora clamantiû ad te Domine.

Sacerdos verò, dum cantatur Antiphona hæc, imponat Cineres: primò, ministrantibus, deinde iis, qui sunt de Clero; omnibus genuflexis in gradu Altaris ad cornu sinistrum, id est, Epistolæ, dicatque ad singulos:

Memento

Memento homo , quia pulvis es , & in pulverem reverteris.

Tunc accedant alii , & accipiant eosdem , eodem prorsus modo ; scilicet ad locum Epistolæ , & flexis genibus , quod cùm fit , cantetur Antiphona :

Immutemur habitu , in cinere & cilicio , jejunemus , & ploremus ante Dominum : quia multùm est misericors dimittere peccata nostra , **DEUS** Noster.

Impositis Cineribus fiat Processio circa ambitum vel Ecclesiam cum Responsorio.

Paradyfi portas aperit nobis Jejunii tempus : suscipiamus illud , orantes , & deprecantes ; **U**t in die resurrectionis cum Domino gloriemur. **ψ.** Ecce nunc tempus acceptabile : Ecce nunc dies Salutis , nemini dantes ullam offensionem. **U**t in die , &c.

Aliud Responsorium.

Emendemus in meliùs , quod ignoranter peccavimus : ne subito præoccupati die
mortis

mortis, quæramus spatium Pœnitentiæ, & invenire non possimus. **A**ttende Domine, & miserere, quia peccavimus tibi.

V. Peccavimus cum Patribus nostris, injusté egimus, iniquitatem fecimus. **A**t-
tende, &c.

Posteà cantentur Litanix consuetæ usque ad finem: tandem ipse Introitus: **M**isereris omnium Domine. & quæ in Missali sequuntur.

Notandum, hunc ordinem imponendorum Cinerum in Ecclesiis Collegiatis observandum esse: in Parochialibus verò, populo sparsim occurrenti dandos cineres in principio Missæ & in fine.

Ante omnia verò curandum Sacerdoti daturò Cineres, ut ab alio Sacerdote eos prius accipiat, aut si nullus adsit, sibimetipsi ante medium Altaris flexis genibus imponat.

ORDO AD BENEDICEN- DUM RAMOS ET FRONDES IN DIE PALMARUM.

FACTA aspersione Aquæ Benedictæ more solito Sacerdos unà cum Ministris, indutus sacris vestibus, ante Altare dicat:

Oremus.

DEUS, quem diligere & amare, justitia est: ineffabilis gratiæ tuæ in no-

bis dona multiplica : & qui fecisti nos in morte Filij tui sperare, quæ credimus : fac nos eodem resurgente pervenire, quò tendimus. Qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritûs S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Imposito fine, statim fit Processio ad aliam Ecclesiam, seu locum, ubi Palmæ benedicendæ sunt : cum Responsorio :

Circumdederunt me, &c.

Si verò in eadem Ecclesia manendum est ; omisâ præcedente Oratione : cantato tamen Responsorio :

Circumdederunt, &c. legitur subscripta Lectio libri Exodi sine titulo.

In diebus illis : Venerunt filij Israel in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta Palmæ : & castrametati sunt juxta aquas. Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai, quinto decimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel

Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij Israel. Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce, ego vobis pluam panem de cœlo. Egrediatur populus, & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent, quod inferant: & sit duplum, quàm colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: vespere scietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & manè videbitis gloriam eius. Audivit enim murmur vestrum contra Dominum. Nos verò, quid sumus, quia mulsistis contra nos? Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & manè panes in

faturitate ; eò quod audiêrit murmuratio-
 nes vestras , quibus murmurati estis contra
 eum. Nos enim, quid sumus ? Nec con-
 tra nos est murmur vestrum , sed contra
 Dominum. Dixitque Moyses ad Aaron :
 dic univêrsæ congregationi filiorum Israel :
 Accedite coram Domino. Audivit enim
 murmur vestrum. Cùmque loqueretur
 Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel,
 respexerunt ad solitudinem. Et ecce, glo-
 ria Domini apparuit in nube.

Post Lectionem cantetur loco Gradualis Re-
 sponsum.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi con-
 cilium, & dixerunt : Quid facimus, quia hic
 homo signa magna facit ? Si dimittimus
 eum sic, omnes credent in eum. Et venient
 Romani, & tollent nostrum locum & gen-
 tem. **¶** Unus autem ex illis Caiphas no-
 mine, cùm esset Pontifex anni illius prophe-
 tavit, dicens : Expedi vobis, ut unus mo-
 riatur homo pro populo, & non tota gens
 pereat.

pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes: **E**t venient, &c.

Deinde legatur Evangelium secundum Marcum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Marcum. **R.** Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Cùm appropinquarent Hierosolymæ & Bethaniæ ad montem Olivarum, misit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum fedit. Solvite illum, & adducite, & si quis vobis dixerit: quid facitis? dicite: quia Domino necessarius est, & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio, & solvunt illum. Et quidam de illic stantibus, dicebant illis: Quid facitis solventes pullum? Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Jesus: & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Jesum, & imponunt
illi

illi vestimenta sua , & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua straverunt in via. Alij autem frondes cędebant de arboribus, & sternebant in via. Et qui pręibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna. Benedictus, qui venit in nomine Domini: Benedictum, quod venit regnum Patris nostri David. Osanna in excelsis.

Lecto Evangelio cantetur Antiphona:

Osanna Filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel; Osanna in excelsis.

Tunc benedicantur rami Palmarum, dicatque Sacerdos in Tono, in quo Orationes dicuntur ad Horas diei.

Dominus vobiscum. **R.** Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Exorcizo te, omnis creatura florum & frondium, in nomine Dei Pa **†**tris Omnipotentis, & in nomine **JESU** **†**Christi.

Filij

Filij ejus , & in virtute Spiritûs **✠** sancti.
Proinde omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnis potestas inimici, omnis incurfio dæmonum eradicare, & explantare ab hac creatura florû & frondium, ut ad Dei gratiam feftinantium veftigia non fequaris, & hanc gerentes non inquietare, non illudere præfumas, interdico tibi: Per eundem, qui venturus eft judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Oremus.

DEUS, cujus Filius pro falute generis humani de cœlo descendit in terras, & appropinquante hora Paſſionis fuæ Hieroſolymam ſuper aſinam ſedens, venire, & à turbis Rex appellari, ac laudari voluit: bene **✠** dicere dignare hos Palmarum, cæterarumq; arborum ramos; ut omnes, qui eos latuſi ſunt, ita bene **✠** dictionis tuæ dono repleantur: quatenus & in hoc ſæculo, hoſtis antiqui tentamenta ſuperare, & in futuro
cum

cum Palma victoriæ & fructu bonorum operum coram te valeant apparere. Per eundem Christū Dominū nostrum, Amen.

Oremus.

Bene **✠** dic Domine, quæsumus, hos Palmarum & Olivarum ramos ; & præsta, ut quod populus tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, & opus misericordiæ summo opere diligendo : humiliter etiam Domine, te deprecamur ; ut benedictarum arborum germina ita sancti **✠** ficare digneris, ut loca, ad quæ deportata fuerint, sanctificata efficiantur ; quo iniquitas omnis seu illusio dæmonum abscedat, & tua nos semper dextera protegere dignetur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus.

DEUS, qui filium tuum Unigenitum, pro redemptione nostra dignatus es dirigere,

re, ut populum tuum ab initio in peccati profundo demersum, à morte revocares ad vitam; & chyrographo lætali deleto, per sanguinem Filii tui gentibus innovares regnum. Deus, qui dispersa congregas, & congregata conservas; qui populis obviam Christo ramos Palmarum portantibus, benedixisti. Bene **H**dic etiam hos ramos Palmarum & aliarum arborum, quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter suscipiunt, ut in quemcunque locum introducti fuerint, benedictionem tuam consequantur, & omni adversa valetudine fugata, dextera tua protegat, quos redemit. Per eundem Dominum nostrum **JESUM** Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritûs sancti Deus, &c.

Hic mutato Tono & voce elevatâ, cantetur
Præfatio.



Per omnia sæcula sæculorum. Dominus
T t vobis

vobiscum. **S**ursum corda. **G**ratias agamus

Domino Deo nostro. **V**erè dignum & justū

est, æquum & salutare: nos tibi semper &

ubique gratias agere, Domine sancte

Pater omnipotens æterne Deus, mundi

conditor, omniumque creaturarum dispo-

sitor. Qui inter ipsa mundi primordia,

cum ex nihilo cuncta conderes, ligna quo-

que



que fructifera & diverso usui congrua ter-



ram producere iussisti: ac post male dictum



interdictæ arboris universa nobis per obe-



dientiam unigeniti filii tui in benedictio-



nem convertisti. Bene ✠ dic hos multi ge-



narum arborum ramos, inter quas præcipuè



arbor olivæ, pinguedine cunctas præcellit.



Per quam etiam, cum mundi crimina diluvii

simon

T t 2

quon-



quondam expiaretur effusione, columba



ramum ejus deferens pacem terræ redditam



nuntiavit. Nec non & innocens turba Spi-



ritu sancto afflata Unigenito tuo Domino



nostro Jesu Christo pro totius mundi salu-



te passuro obviam currens, Palmarū & hujus




olivæ ramos abscindens, ac vestigiis ejus



substernens, jam quasi triumphatorem de

mortis



mortis Principe ostendebat. Te igitur Do-



mine suppliciter deprecamur, ut qui annua




de voti o ne ejusdem redemptoris nostri



Passionem prævenire ni ti mur, ipso adju-



vante Palmam vi cto riæ tenentes, atque



o leo misericordiæ intrinsecus refulgentes,



in ejus sancta resurrectione præmium vitæ &



immortalitatis coronã percipere mereamur.

Quæ

Quæ sequuntur, dicantur planè legendo, ita tamen, ut à circumstantibus intelligi possint.

Per eundem Dominum nostrum **JESUM** Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate ejusdem Spiritûs sancti **D**eus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Mox Rami aspergantur Aquâ benedictâ cum Antiphona:

Asperges me. sine cantu.

Deinde thurificentur sub his verbis:

Dirigatur Domine ad te oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo.

Posteâ dicat Sacerdos:

Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus, qui filium tuum **JESUM** Christum Dominum nostrû, pro salute nostra in hunc mundum misisti: ut se humiliaret ad nos, & nos revocaret ad te: cui etiam, dum Hierusalem veniret, ut adimpleret Scripturas, populorum turba, fidelissima devotione vestimenta

stimenta sua cum ramis Palmarum in via sternebant: Præsta quæsumus, ut illi fidei viam præparemus, de qua remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeant apud te opera nostra justitiæ ramis: ut ejus vestigia sequi mereamur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Dominum nostrum **JESUM** Christum super pullum asinæ sedere fecisti, & turbas populorum vestimenta, vel ramos arborum in via sternere, & **Osanna** decantare, in laudem ipsius docuisti: Da, quæsumus, ut illorum innocentiam imitari possimus, & eorum meritum consequi mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Hic distribuantur rami Palmarum, & interim cantetur Antiphona.

Ante sex dies solennis Paschæ; quando venit Dominus in civitatem Hierusalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant

bant ramos Palmarum, & clamabant voce magna, dicentes: **Osanna in excelsis; benedictus, qui venisti in multitudine misericordiae tuae: Osanna in excelsis.**

Deinde fiat Processio ad locum Stationis, ubi Crux parata est, & cantentur ex ordine Antiphonae sequentes.

Cùm appropinquaret Dominus Hierosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicens: ite in castellum, quod est contra vos: & inuenietis pullum asinae alligatum, super quem nullus hominum sedit. Solvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino est. Solventes adduxerunt ad Jesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alii expandebant vestimenta sua in via: alii ramos de arboribus sternebant: & qui sequebantur, clamabant: **Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini: Benedictum regnum Patris nostri David: Osanna in excelsis: misere nobis Fili David.**

Anti-

Antiphona.

Cum audisset populus, quia JESUS venit Hierosolymam, acceperunt ramos Palmarum, & exierunt ei obviam, & clamabant pueri, dicentes:

✠. Hic est, qui venturus est, in salutem populi.

✠. Hic est salus nostra, & redemptio Israel.

Antiphona.

Quantus est iste, cui Throni & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Syon: Ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinae: sicut scriptum est.

Antiphona.

Salve Rex, fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

Appropinquante ad Crucem Processione cantetur Responsorium:

Ingressus Pilatus cum Jesu in praetorium ait illi: Tu es Rex Judaeorum? Respondit,

Uu

tu

tu dicis, quia Rex sum ego. Exiit ergo Jesus de prætório, portans coronā & vestem purpuream. Et cū eductus fuisset, exclamaverunt omnes: Crucifigatur, quia filium Dei se fecit. **ꝛ.** Tunc ait illis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt: Regem non habemus, nisi Cæsarem. Et cū eductus, &c.

Postmodum in præsentia Crucis omnibus in circuitu stantibus, cantetur primò Antiphona:

Turba multa, quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino: Benedictus, qui venit in nomine Domini: Osanna in excelsis.

Psalms.

Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Antiphona.

Turba multa, &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Iterum Antiphona: **T**urba multa, &c.

Deinde duo vel tres pueri juxta Crucem cantent Antiphonam sequentem:

Fulgenti-

Fulgentibus Palmis prosternimur adveni-
nienti Domino, huic omnes occurramus
cum hymnis & canticis, glorificantes & di-
centes: **Benedictus Dominus.**

Tunc Chorus hanc Antiphonam subjungat.

Occurrunt turbæ cum floribus & Palmis
Redemptori obviam: & Victori triumphan-
ti, digna dant obsequia. Filium Dei ore
gentes prædicant: & in laudem Christi vo-
ces tonant per nubila: **Osanna in excelsis.**

Posteà pueri stantes retro Crucem, versa facie ad Pro-
cessionem, cantent primum versum Hymni:

Gloria, laus & honor tibi sit, Rex Christe
Redemptor: Cui puerile decus, prom-
psit **Osanna pium.**

Chorus seu sacerdos, cum suis astantibus, illum eun-
dem Tonum repetat.

Pueri sequentes Versus persequantur, respondentibus
cæteris, ut sequitur,

Pueri.

Israel es tu Rex Davidis & inclyta proles;
Nomine qui in Domini, Rex benedicte ve-
nis.

U u 2

Chorus,

Ordo benedicendi

Chorus, vel Sacerdos cum suis.

Cui puerile decus, prompsit **O**sanna pium.

Pueri.

Coetus in excelsis te laudat coelicus omnis. **E**t mortalis homo cuncta creata simul.

Chorus.

Gloria, laus & honor tibi sit **R**ex **C**hriste **R**edemptor, &c.

Pueri.

Plebs Hebræa tibi cum **P**almis obvia venit : **C**um prece, voto, hymnis, adlumus, ecce, tibi.

Chorus.

Cui puerile decus, &c.

Pueri.

Hi tibi passuro solvebant munia laudis, **N**os tibi regnanti pangimus, ecce, melos.

Chorus.

Gloria, laus & honor tibi sit, &c.

Pueri.

Hi placuere tibi, placeat devotio nostra : **R**ex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent.

Chorus.

CHORUS.

Cui puerile decus, &c.

Pueri denuò : **G**loria, laus & honor tibi fit:
idque paulò altius; quem versum reliqui prosequantur.

Hymno expleto proiiciantur, sive à pueris, sive ab Ecclesiasticis ad id constitutis, Rami sive Palmæ versus Crucem inrer cantandum.

Pueri Hebræorum tollentes ramos olivarum obviaverunt Domino, clamantes & dicentes: **O**sanna in excelsis.

Eodem modo, sed ab aliis, proiiciantur & cappæ, seu vestes lineæ Chorales sub Antiphona.

Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: **O**sanna filio David; **B**enedictus, qui venit in nomine Domini.

Tunc duo vel tres pueri cantent retro, vel juxta
Crucem.

Omnes collaudant nomem tuum, & dicent : **B**enedictus, qui venit in nomine Domini.

Respondent alii, interponentes Psalmum.

Lauda

Lauda Hierusalem Dominum : Lauda
DEUM tuum Syon.

Pueri iterum : & quidem voce paulò clariore.

Omnes collaudant nomen, &c. Respon.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Pueri tertio : etiam voce magis elevata :

Omnes collaudant, &c.

Deinde Chorus subjungat :

Cum Angelis & pueris fideles inveniamur
Triumphatori mortis clamantes : **O-**
sanna in excelsis.


His omnibus ita peractis , Sacerdos eat , & prosternat se ante Crucem. Quo facto , duo vel unus , pro numero & dispositione præsentium , habentes in manibus ramos Palmarum , incipiant Antiphonam :

Scriptum est enim , percutiam pasto-
rem , & dispergentur oves gregis.

Interea dum cætant , Sacerdotem procumbentem ante Crucem , cum Palmis ad dorsum parum percutiant.

Sacerdos ita procumbens , submissa voce respondeat , ut sequitur :

Post-



Postquam autem sur re xe ro, præcedam



vos in Galilæam.

Prosequitur Chorus : **I**bi me videbitis, dicit Dominus. *Ps.* Æstimatus sum cum descendentibus in lacum ; factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber. sine Gloria, &c. & reiteretur Antiphona:

Scriptum est enim. idq; tertio: similiter repetatur.

Postquam autem, &c.

Deinde submissâ voce, & flexis genibus Sacerdos dicat Orationem:

DEUS, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam sensibilibus, dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti: Da quæsumus, ut devota tuorum turba fidelium, salubriter intelligat, quidquid mysticè designatur in factò: quæ hodie cœlesti lumine afflata, Redemptori obviam procedens,
Palma-

Palmarum atq; Olivarū ramos vestigiis eius prostravit. Palmarum igitur rami, de mortis principe triumphos expectant : furculi verò olivarum, spiritualem Unctionem advenisse, quodammodo clamant. Intellexit enim jam tunc, illa hominum beata multitudo præfigurari; quia Redemptor noster humanis condolens miseriis, pro totius mundi vita, cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideò talia obsequens administravit, quæ in illo, & triumphos victoriæ & misericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoque plena fide & factum & significatum retinentes; Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus: ut in ipso, atque per ipsum, cujus nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriæ resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum vivit & regnat in Unitate Spiritûs sancti DEUS,

Per

per omnia sæcula sæculorum , Amen.

Hac finita Oratione, Sacerdos surgat, & revertatur Processio cum Hymno: **V**exilla regis prodeunt.

Quando ventum est ad Ecclesiam, unde initio egressa est Processio, cantetur in ingressu Responsorium:

Ingrediente Domino in sanctam Civitatem, Hebræorum pueri, resurrectionem vitæ pronunciantes, cum ramis Palmarum, Osanna clamabant in excelsis.

¶ Cùmque audisset populus, quod Jesus veniret Hierosolymam, exierunt obviam ei cum ramis.

Si verò Processio alium locum non adiit, sed mansit in Ecclesia, omittatur hoc Responsorium, & cantetur saltem in introitu Chori, ubi Missa celebranda est, Antiphona.

Cœperunt omnes turbæ descendentium, gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini, pax de cœlis & gloria in excelsis.

Completâ Antiphonâ, inchoetur Canticum:

Benedictus Dominus Deus Israel. & cantetur cum **Gloria Patri.** Deinde repetatur Antiphona.

Cœperunt omnes. stante in Choro Sacerdote, & exspectante cum Ministris ante Altare, usque ad finem Antiphonæ, postea dicat:

Oremus.

Adjuva Domine fragilitatem plebis tuæ, ut ad votivum magnæ festivitatis effectum, intercedente Beata **MARIA** semper Virgine, & corporaliter gubernata recurrat, & ad perpetuam vitam, te miserante, perveniat. Per Dominum, &c.

Absolutâ hac Oratione, incipiat Chorus Introitum, & reliqua peragantur suo ordine, ut in Missali.

B E N E D I C T I O N O V I I G N I S.

SABATHO sancto Paschæ, manè cooperiantur & ornentur Altaria linteis & pallis lotis. Baptisterium aqua recente impleatur, & Nonâ dictâ eat Sacerdos cum Ministris Albâ, Stolâ & Pluviali, id est, Cappâ indutus, si adsit, ad ignem novum de lapide excussum, orans Psalmos poenitentiales, sine **Gloria Patri.** Hos antecedit Processio cum Vexillo, Thuribulo & Aqua benedictâ, cantenturque Litaniæ,

Litaniæ, usque ad **✠**. Ut nos exaudire digneris. exclusivè; ac statim per Sacerdotem interponatur Versus:

Ut ignem istum bene **✠** dicere, & consecrare digneris. Quo repetito subjungatur tandem ille:

Ut nos exaudire digneris. & qui sequuntur ex ordine. Imposito fine Litanis, procedat Sacerdos ad benedictionem Ignis, dicendo:

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, in nomine tuo, & filij tui Domini nostri Jesu Christi, & Spiritûs sancti: Bene **✠** dicimus, & sancti **✠** ficamus hunc Ignem, signoque Crucis Jesu Christi filij tui altissimi signa **✠** mus: ut intus, vel foris accensus, non, quod noceat, incendat, sed omnia ad usus hominum necessaria, calefaciat, sive illuminet, & quæ ex hoc Igne fuerint conflata, vel calefacta, sint benedicta, & omni humanæ salutis utilia; ut non cum Nadab & Abiu, ignem tibi offerentibus alienum, incendamur: sed cum Aaron Pontifice, & filiis ejus Eleazaro & Ithamaro,


hostias tibi pacificas, Spiritûs sancti Igne afflatus, immolare valeamus; & semper ejusdem Spiritûs sancti Igne, vitia nostra ure; cordaque nostra luce scientiæ tuæ illumina, & animas nostras fidei calore, clarifica. Per eundem Dominû nostrum Jesum Christû filium tuum, qui tecum vivit & regnat in Unitate ejusdem Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, & sancte Conditor omnium luminum: Bene **✠** dic hoc lumen, quod à te benedictum atque sanctificatum est: Qui illuminâsti omnem mundum, ut ab eo lumine accendamus, atque illumine- mur Igne claritatis tuæ: Ut sicut illumi- nâsti Moysen, exeuntem de Ægypto, ita illumines corda & sensus nostros: ut ad vi- tam æternam mereamur pervenire. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus.

Oremus.

Deus, qui per filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuæ fidelibus ignem cotulisti, productum ex silice, nostris profuturum usibus: novum hunc ignem sancti  fica, & concede nobis, ita per hæc festa Paschalia, cœlestibus desideriis inflammari: ut ad perpetuæ claritatis festa, puris mentibus valeamus pertingere. Per eundem Dominum nostrum **JESUM** Christum, &c.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, benedicientibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & Unigeniti filij tui, Dei ac Domini nostri Jesu Christi, & Spiritûs sancti, cooperari dignare: & adjuva nos contra ignita tela inimici, gratiaque cœlesti illustra: Qui vivis & regnas cum eodem Unigenito tuo & Spiritu sancto Deus; per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Tunc

Tunc bencicat quinque grana incensi , Cereo imponenda , dicat sequentem Orationem.

Veniat , quæsumus , omnipotens Deus , super hoc incensum larga bene **+** dictionis tuæ infusio : & hunc nocturnum splendorem invisibilis Regenerator accende : ut non solùm Sacrificium , quod hac nocte litatum est , arcana luminis tui admistione refulgeat : sed in quocunque loco hujus sanctificationis mysterio fuerit deportatū , expulsa diabolicæ fraudis nequitia virtus tuæ Majestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Interea imponatur de carbonibus benedictis in Thuribulum , quantum suffecerit.

Sacerdos verò benedictione incensi finitâ , ipsa grana simul & ignem Aquâ benedictâ aspergat : deinde imposito Thure adoleat.

Expeditis his accenduntur candelæ & luminaria Ecclesiæ : ac tum , qui voluerint , accipiant de igne , & portent ad domos suas. Postea duo pueri cantent Hymnum Prudentij.



Inventor rutli dux bone luminis , qui certis
vicibus

Hunc ignem, populus sanguinis incliti,
majorum meritis tutus, & impotens suetus
sub dominis vivere barbaris, jam liber sequi-
tur longa per avia.

Chorus. **M**erito sole.

Pueri.

O res digna, Deus, quam tibi rosida no-
ctis principio, grex tuus offerat, lucem; qua
tribuis nil pretiosius: luce, qua reliqua præ-
mia cernimus.

Chorus. **I**nventor.

Pueri.

Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus:
intus tu speculum, tu speculum foris: lu-
men quod famulans offero, suscipe; tinctum
pacifice Chrismatis unguine.

Chorus. **M**erito sole.

Pueri.

Per Christum Genitum, summe Pater,
tuum: in quo visibilis stat tibi gloria; qui
noster Dominus, qui tuus Unicus, spirat de
patrio corde Paraclitum.

Chorus. **I**nventor.

Pueri.

Pueri,

Per quem splendor, honor, laus, sapientia: majestas, bonitas & pietas tua, regnum continuat Numine triplici, texens perpetuis sæcula sæculis.

Chorus. **M**erso sole chaos, &c.

ORDO BENEDICENDI CEREI PASCHALIS.

IN Cereo benedicendo, si antea non facta sunt, fiant à Diacono quinque foramina ad modum crucis; quibus postea quinque grana Thuris imponantur. Tunc Diaconus vel Sacerdos indutus in modum Diaconi, absolute altaque voce incipiat benedictionem, hoc modo:



Exultet jam angelica turba coelorum. Ex-



ultent divina mysteria: & pro tanti regis



victoria, tuba insonet salutaris. Gau-

deat



deat & tellus tantis irradiata fulgoribus:



& æterni Regis splendore illustrata, totius



orbis se senti at ami si se cali ginem. Læ-



tetur & mater Ecclesia, tanti luminis ador-



nata fulgoribus: & magnis populorum vo-



cibus hæc aula re sul tet. Qua propter astan-



tes vos fratres charissimi, ad tam miram hujus



Sancti luminis cla rita tem, una mecum

quæso



quælo, Dei omnipotentis misericordiam



invocate; ut qui me non meis meritis intra



Levitarum numerum dignatus est aggrega-



re: luminis sui claritatem infundens ce-



rei hujus laudem implere perficiat. Per Do-



minum nostrum Jesum Christum fili um




suum, qui cum eo vivit & regnat in unita-



te Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula


 sæculorum. *R.* Amen. *V.* Dominus vobiscū.


R. & cum Spiritu tuo. *V.* Sursum cor da.


R. Habemus ad Dominum. *V.* Gratias a-


 gamus Domino Deo nostro. *R.* Dignum


 & justum est. Verè dignum & iustū est:



 Invisibilem Deum Patrem omnipotentem


 filiumque ejus unigenitum Dominum no-


 strum Jesum Christum toto cordis ac mentis
 affectu



affectu & vocis ministerio personare. Qui



pro nobis æterno Patri Adæ debitum solvit,



& veteris piaculi cautionem pio cruore



deterfit. Hæc sunt enim festa paschalia, in qui-



bus verus ille agnus occiditur, cujus langui-



ne postes fidelium consecratur. Hæc nox



est, in qua Primum patres nostros filios



Israele ductos de Ægypto, mare rubrum sic-



co vestigio transire fecisti. hæc igitur n o x



est, quæ peccatorum tenebras columnæ il-



luminati o ne pur gavit. Hæc nox est, quæ



hodie per univ ersum mundum in Christo



credentes, à vi ti is sæculi & caligine pecca-



torum segregatos reddit gra ti æ, foci at



sanctitati. Hæc nox est, in qua destructis



vinculis mortis Christus ab inferis victor a-

scendit.



scendit. Nihil enim nobis nasci profuit.



nisi redimi profuisset. O mira circa nos



tuæ pietatis dignatio. O inæstimabilis



dilectio charitatis, ut servum redimeres fi-



lium tradidisti. O certe, ne cessarium



Adæ peccatum quod Christi morte



deletum est. O foelix culpa quæ tantum




ac talem meruit habere redemptorem.

O verà



O vera bea ta nox, qua sola meruit




scire tempus & horam, in qua Chri stus




ab in fe ris surrexit. Hæc no x est,



de qua scriptum est: & nox sicut dies illumi-



nabitur: & nox illuminatio mea in deli ci is



meis. Hujus igitur sanctificatio noctis fu gat



scelera, culpas lavat: & reddit innocentia la-



pis & mœstis lætitiã. Fu gat odia concor-

diam



di am par at & cur vat im pe ri a.

Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in cereo in modum crucis.



In hu jus i gi tur no ctis



grati a sul ci pe san cte Pa ter in cen si



hu jus sa cri fi ci um ves per ti num, quod ti



bi in hac cerei obla ti o ne so lem ni, per



mi ni stro rum ma nus de o pe ri bus a




pum sacro san cta red dit Ec cle sia. Sed jam



col um nae hu jus praeco nia no vimus, qua in




 honorem Dei rutilans ignis accendit.


 Quilicet sit divisus in partes, mutuati tamen


*Hic à benedicente
 accendatur Cereus.* 
 luminis de trimentum non novit.


 Alitur enim liquantibus ceris, quas in sub-


 stantiam pretiosæ hujus lampadis, a pis-


 mater e duxit. *Hic accenduntur
 lampades.* 
 O ve rè bea ta


 nox, quæ expoliavit Ægyptios, ditavit He-


 braeos. Nox in qua terrenis cœlestia huma-
 nis



nis divina junguntur. Oramus ergo te



Domine: ut cereus iste in honorem tui



nominis consecratus, ad noctis hujus ca li-



ginem destruendam indeficiens perseveret.



Et in odorem suavitatis acceptus supernis



luminaribus miscetur. Flammas ejus



Lucifer matutinus inveniat. Il le in-



quam, Lucifer qui nescit occasum. Il le,



qui regressus ab inferis, humano gene-



ri ferre nus illu xit. Pre ca mur er go te



Domine, ut nos famulos tuos om-



nem Clerum, & devotissimum populum,



unà cum beatissimo Papa nostro N.



Et Anti sti te no stro N. quie-



te tem po rum con cessa, in his Pascha li-
bus



bus gaudiis assidua protectione regere,



gubernare & conservare digneris:



Respice etiam ad devotissimum Im-



perato rem nostrum N. IV cuius tu



Deus desiderii vota prænoscens ineffabili



pietatis & misericordiarum tuarum munere



tranquillum perpetuam pacis accommoda,

&



& cœlestem victoriam cum omni po-



pulo suo. Per eundem Dominum nostrum



Jesum Christum Filium tuum: qui tecum



vi vit & regnat in unitate Spi ri tus San-



cti De us, per om ni a sæ cu la sæ cu-



lorum. R. Amen.



abommodum per de tunc bacis ac commo-
 &

Fini-

Finita benedictione Cerei, legantur Lectiones sine titulis, & orationes in fine Lectionum dicantur à Sacerdote assistente Altari, sine Dominus vobiscum, & sine Flectamus genua. Ordo patet in Missali.

His expletis, procedatur ad Fontem Baptistalem cum Litanii; in quibus *Ps.* Ut nos exaudire digneris.

Sacerdos faciat Crucem cum manu in aquam, & canter:



Ut fontem istum bene **✠** dice re &



con se **✠** crare digne ris.



Ps. Te rogamus audi nos.

Verum, hic notandum. Versum hunc in Vigilia Paschæ tantum dici, & non Pentecostes; in illa enim sumitur unus ex Hymno: Rex Sanctorum, &c. uti inferius sub finem huius actûs notatur.

Finitis Litanii, si sit in vigilia Paschæ: si verò in vigilia Pentecostes, finito Rex Sanctorum. dicat Sacerdos more legendis:

Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

Omnipotens sempiternè Deus, adesto magnis pietatis tuæ misteriis; adesto Sacramentis,

mentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi fons Baptismatis parturit, spiritum adoptionis emite, ut quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Hic elevans vocem, in modum Præfationis cantet:



Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.




V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum Spi-



tu tuo. **V.** Sursum corda. **R.** Habemus



ad Dominum. **V.** Grati as agamus Do-
mino



mino Deo nostro. *Bz.* Dignum & iustum est.



Verè dignum & iustum est æquum & salu-



tare : nos tibi semper & ubique gratias age-



re, Domine sancte Pater omnipotens æter-



ne Deus, qui invisibili potentia Sacramen-



torum tuorum mirabiliter operaris effe-



ctum. Et licet nos tantis mysteriis exequen-

A a

dis



dis sumus indigni: tu tamen gratiæ tuæ do-



na non deferens, etiam ad preces nostras



aures tuæ pietatis inclinas. Deus, cuius Spi-



ritus super aquas inter ipsa mundi primor-



dia ferebatur? ut jam tunc virtutem sancti-



ficationis aquarum natura conciperet.

Deus



Deus, qui nocentis mundi crimina, per



aquas abluens, regenerationis speciem in



ipsa diluui effusione signasti: ut unius



eiusdemque elementi mysterio, & finis



esset vitis, & origo virtutibus. Respice Do-



mine in faciem Ecclesiae tuae, & multiplica



in ea regenerationes tuas, qui gratiae tuae


 affluentis impetu lætificas ciuitatem


 tuam, fontemque Baptismatis aperis toto



 orbe terrarum gentibus innovandis: ut


 tuæ Majestatis imperio sumat Unigeniti


 tui gratiam, de Spiritu sancto.

Sacerdos hęc aquam manu
 dividat in modum Crucis,
 & eam statim linteo exter-
 git dicens:


 Qui hanc aquam regenerandis homi-


 nibus præparatam, arcanam suam Numinis
 admi-



admixtione foecundet; ut sanctificatione



concepta, ab immaculato divini fontis



utero, in novam renata creaturam proge-



nies coelestis emergat. Et quos aut sexus



in corpore, aut ætas discernit in tempore,




omnes in unam pariatur gratia mater in-



fantiam, Procul ergo hinc jubente te Do-

mine


mine omnis spi ri tus immundus abscedat:


pro cul to ta nequi tia di a boli cæ frau dis


ab si stat. Ni hil hîc loci habe at contrariæ



vir tu tis ad mi x tio : non in si di an do cir-


cum volet non la tendo sub re pat : non in-


fi ci en do cor rum pat. Aquam manu tangit, ut supra. Sit hæc san-


ctæ & innocens creatura, libera ab omni
im-


impugnatoris incurfu & totius ne qui ti æ


purgata di fceffu. Sit fons vi **H**vus, aqua


re ge **H**nerans, unda pu ri **H**ficans; ut


omnes hoc la va cro fa lu ti fero diluendi,


operante in eis Spiritu fancto, perfectæ



purgatio nis indulgentiam confequantur.

Hic rursus tres
eruces faciat su-
per fontem per-
gendo.



Unde be ne dico te crea tura aquæ

per


per Deum ☩ vivum, per Deum ☩ verum,



per Deum ☩ sanctum: Per Deum, qui te



in principio verbo se para vit ab ari da, cu-


jus Spiritus super te fere batur. Qui te de


Parady si fonte mana re fecit,

Hic aquam dividat, ef-
fundendo extra in qua-
tuor mundi partes.




& in qua tu or flu mini bus, to tam


terram ri ga re præcepit. Qui te in deser-


to a ma ram, sua vi ta te in di ta fe cit esse

pota-



 potabilem, & sitienti populo de petra



 produxit. Bene \boxplus dico te, per Jesum




 Christum Filium ejus unicum Dominum



 nostrum, qui te in Cana Galilææ, signo




 admirabili suâ potentia convertit in vinum.



 Qui pedibus super te ambulavit, & à Jo-



 anne in Jordane in te baptizatus est. Qui


te u nà cum san guine de la te re suo pro-


duxit, & discipulis suis iussit, ut creden-


tes baptizarentur in te, dicens: Ite, docete


omnes gentes, baptizantes eos in nomine


Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

Hic vox mutetur pro more legentis.

Hæc nobis præcepta servantibus, tu
DEus omnipotens clemens adesto: tu beni-
gnus aspira: halar ter in aquam in
modum crucis dicens tu has simplices a-
quas tuo ore benedicito: ut præter natura-
lem

lem emundationem, quam lavandis possunt
adhibere corporibus, sint etiam purifican-
dis mentibus efficaces.

Hic ponat Sacerdos Cereum in fontem; faciatque cum
eo sic accenso & ardente crucem intus in aqua, cantans soli-
to altius:



Descendat in hanc pleni tudinem fontis




Et deinde su fflet in a-
quam ad modum cru-
cis, cantando dicens:

virtus Spiritûs sancti, totamque



hujus a quæ substantiam re generandi fœ-



Hic extrahat Cereum de aqua, at-
que rursus imponat, agatque ac-
cantet, ut modo: Tertio idem fa-
ciat. Tunc prosequatur.

cundet effe ctu. Hic om-

nium



nium peccato rum maculæ dele an tur,



hic na tu ra ad ima gi nem tuam condi ta



& ad hono rem su i reformata prin ci pii,



cunctis ve tu sta tis squal loribus emun de-



tur: ut omnis homo Sacramentum hoc re-



gene ra tio nis ingressus, in vera innocen-



ti æ novam infantiam renascatur.


Sequen-

Sequentia dicat legendo:

Per Dominum nostrum **JESUM** Christum Filium tuum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Hic unus ex Ministris accipiat in vase aliquo ac eadem aqua, antequam Chrisma imponatur, ut reservetur à Christi fidelibus.


Tunc Sacerdos intincto pollice in sacrum Chrisma, faciat crucem in fonte, dicens:

Sancti  ficetur, & foecundetur fons iste renascentibus ex eo ad vitam æternam: in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. Amen.

Deinde accepto Thuribulo, det incensum: quo facto, cum aliis ad Chorum revertatur, peracturus Sacrum, ut in Missali

Benedictio fontis in Vigilia Pentecostes eodem modo fit, (post Prophetias, Tractus & Orationes jam dictas) ut in Sabbatho Sancto: præterquam quod eundo ad fontem, cantatur Hymnus, seu Litania solennis hoc ordine.

Duo ex processione Cantores incipiunt:



Rex sanctorum Angelorum totum mundum



dum ad ju va.

Chorus verò repetit & decantat illud idem:


Cantores.



V. Ora primum tu pro nobis Virgo Mater



Germinis, & ministri Patris summi Ordines



Angeli ci.

Chorus.

Rex Sanctorum Angelorum; Totum mundum adjuva.

Cantores.

Supplicate Christo Regi cœtus Apostolici, supplicetque per magnorum sanguis fusus Martyrum.

Chorus.

To.

Totum mundum adjuva.

Cantores: **I**mplorate Confeflores, con-
fonæque Virgines: quo donetur magnæ
nobis tempus indulgentiæ.

Chorus: **R**ex Sanctorum Angelorum to-
tum, &c.

Cantores:

Omnes Sancti atque iusti, vos precamur
cernui, ut purgetur crimen omne vestro sub
oramine.

Chorus:

Totum mundum adjuva.

Cantores: **H**ujus Chrifte Rector almæ
plebis, vota fufcipe, qui plasmasti protopla-
ftum & genus gignentium.

Chorus: **R**ex Sanctorum, &c.

Cantores: **M**itte sanctum nunc amborū
Spiritus paracletū in hanc plebem, quam
recentis fons Baptifmi parturit.

Chorus: **T**otum mundum adjuva.

Hic Sacerdos tangat aquam in modum crucis, cantans
Verfum fequentem.




Fac interna fontis hujus sacratū mysterium,

Bbb 2

qui



qui pro fluxit cum cru o re sacro Chri-



sti cor po re.

Chorus: **R**ex sanctorum Angelorum, &c.

Cantores: **U**t lætetur Mater sancta tota nunc Ecclesia, ex profectu renascentis tantæ multitudinis.

Chorus: **T**otum mundum adjuva.

Cantores: **P**ræsta Patris, atque Nati, compar sancte Spiritus, ut te solum semper omni diligamus tempore.

Deinde proceditur ad reliqua, ut supra in Vigilia Paschæ notatum est.

IN DIE SANCTO PASCHÆ. BENEDICTIO AGNI PASCHALIS.

QUIA Catholici secundum Ecclesiæ leges & consuetudines viventes, tempore Quadragesimæ abstinent à carnibus, caseo, ovis, & pane delicatiori; ideò in festo Paschæ ad horum esum redeuntibus; hæ creaturæ more antiquo per Verbum DEI & Orationem sanctificantur, & benedicuntur, ne spiritui carnem repugnantem incitent, & adjuvent.

Sacer-

Sacerdos pro more facto signo crucis, dicat :

V. Adjutorium nostrū in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Oremus.

DEUS, universæ carnis Creator, qui Noe & filiis eius de mundis & immundis animalibus præcepta dedisti: quique sicut olea herbarum, humano generi quadrupedia edere permisisti; qui Agnum in Ægypto, Moyfi & populo tuo in Vigilia Paschæ comedere præcepisti; in figuram Agni Domini Nostri Jesu Christi, cujus sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti: & nocte illa omne primogenitum in Ægypto percutere præcepisti: servans populum tuum Agni sanguine prænotatum: dignare Domine Deus omnipotens bene **+** dicere, & sancti **+** ficare has ovium mundarum & aliorum animalium præsentis carnes; Ut quicumque ex populis tuis fidelibus inde co-

mederint : omni benedictione cœlesti & gratia repleantur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, &c.

Benedictio Lardi.

Omnipotens & misericors Deus, qui necessitatem humani generis clementer previdens, adminicula temporalia contulisti, pietatem tuam humiliter imploramus: Ut bene **✠**dicere digneris hoc Lardum: Ut quod hîc tua misericordia piè nobis contulit, nostro demerito non pereat. Per Dominum nostrum, &c.

Benedictio Casei.

Dignare Domine omnipotens bene **✠**dicere hanc creaturam Casei, quem ex adipe animalium producere dignatus es: Ut quicumque ex populis tuis fidelibus inde comederint, omni benedictione cœlesti & gratiæ tuæ saturitate repleantur. Per Dominum nostrum, &c.

Benedictio Ovorum.

De secundo libro, qui est Matrimoniorum,
deque formulâ novos conjuges in eo describendi.

IN hoc libro annotandum est, quinam, quo loco & tempore
contraxerint Matrimonium, exprimendo illorum nomina,
cognomina & familiam, sive nomina & cognomina paren-
tum utriusque contrahentium.

Si cum contrahentibus super aliquo impedimento fuerit
dispensatum, annotetur in hoc libro, super quonam impedi-
mento, & à quo dispensatum fuerit. Idem fiat, si quando
Ordinarius vel illius Vicarius Generalis dispenfet, ut denun-
tiationes post Matrimonii contractum differantur, vel planè
omittantur, vel si Parocho det licentiam assistendi Matrimo-
nio vagabundorum, peregrinorum, vel qui de morte prioris
conjugis non satis certum adferunt testimonium. Denique
singula hujus libri folia supernè hac notentur superscriptione:
Nomina eorum, qui Matrimonium inierunt A^o Domini, &c. For-
mula verò inscribendi novos conjuges in hoc libro hæc esse potest:

Anno Domini Cùm post trinas sponsalium de-
nuntiationes in utriusque sponsi Parochiâ de more factas
(nisi aliud inferiùs alicubi notetur) nullum detectum fuisset
impedimentum Canonicum, Mensibus ac diebus inferiùs
notatis Matrimonio juncti fuerunt hi infra scripti:

Mense Januario vel N.

N. N. Filius legitimus N. N. & N. conjugum, & N. N.
Filia legitima N. N. & N. conjugum. Adstitit, eosque con-
juxit, atque ex ritu sanctæ Matris Ecclesiæ benedixit (si
nuptias non benedixit, præcedentia verba omittenda sunt)
N. N. Parochus in Ecclesia Parochiali, vel Ffiali N. testes fue-
runt N. N. N. N. & N. N.

Si contrahentes, vel alteruter eorum fuerit viduus, hoc
ipsum

ipsum post eorum nomina exprimatur, & si mulier sit vidua, addatur nomen ac cognomen prioris mariti hoc vel simili modo : N. N. relicta vidua N. N. quondam mariti ejus jam defuncti.

Cæterùm si alteri Presbytero ab Ordinario, vel ab ipso Parocho facultas sit conjungendi aliquos, id in libro proprii Parochi sic adnotetur : Adstitit, eosque delictentiâ Reverendissimi Episcopi N. seu N. Vicarij illius Generalis, vel N. N. Parochi conjunxit N. N. Presbyter vel Capellanus Ecclesiæ N. &c.

De tertio libro, qui est Defunctorum, ac de modo Defunctos in eo describendi.

In hoc libro Defuncti sunt describendi, notandumque, quo quisque Anno, Mense ac die defunctus fuerit, quod ejus nomen ac cognomen & familia. Item status seu conditio, utrum videlicet solutus, an conjugatus, aut viduus fuerit, quibus Sacramentis ad mortem dispositus, ubi denique sepultus sit. Forma describendi potest esse talis:

Anno Domini 1691. vel N. Mensibus ac diebus inferius notatis mortui sunt infrascripti.

Mense Januario vel N.

N. N. Filius N. N. & N. conjugum, annorum 20. vel N. adhuc solutus, vel conjugatus, vel viduus, confessus & sacro Viatico relictus, Extremæque Unctionis Sacramento roboratus, sepultus fuit in Ecclesia N. vel in Cœmeterio N.

F I N I S.





